

# Prologus

**I**ncepit prologus in tractatu de eruditione filiorum regalium venerabilis patris Vincentij beluacei.

## Erenissi

**M**ecum ac reuerentissimi me domini sue francorum dei gratia regine Margaretae frater Vincentius beluaceus. de ordine predicatorum qualiscumque lector in monasterio suo de regali mōte p̄petuā in domino salutē et paratā in omnibus ad eius obsequia voluntate. **N**up si bene recolitis vestra sublimitas mea parnitatē rogare dignata est. ut de scripturis divinis sc̄olos cōpetentes excerpterē. ex quibus cōpendiosum aliquod ad liberos vestrum eruditionē salutarē cōficerē. quo videlicet eorum tenera infantia salubriter imbui posset. et quasi vas nouū recēter infusum odore sapientiae suauissimum eorum memoria p̄petuo retineret. **N**ā quod noua testa capitularia sapit. **C**ū igit̄ in illo articulo tuis ob amorem et honorem illustrissimi domini nostri regis opus quoddam vniuersale de statu principis. ac totius regalis curie sive familie. necnō et de reipublice amministratione. ac totius regni gubernatione. nō solum ex divinis scripturis. verū etiā ex doctorum catholicorum sententijs. insuītis philosophicis et poeticis cōficerere iam cepisse. ut vestre petitio. quę apud nos merito p̄cepti vigorē obtinet. ceterius satissimā ordine p̄termisso. p̄tem illā prefati operis. q̄ ad pueros regalium instructionē pertinet. p̄ponere festinavi. eāq̄ dignationi vestre p̄ manū Simonis clericī. vide. licet eruditoris Philippī boni indol' filij vestri etiā in hoc ipso valde sollicitus fuit apud me ut opusculū istud explerem ceteris destinavi. In quo sc̄e opusculo diligenter ex sancto et ac prudenter virorum sententijs cōpilato. Licet idem pueri pro-

pter noua infantie rudimenta nōdū apti sunt ad legendum et intelligendum. interim tū ipso et didascali sive magistri poterunt ex diversis ei⁹ capitulis. put eo et discretiō visum fuerit eisdem accipere et dare materia litterarum ac versuum. et ipsi q̄z pueri cuz aliquātulū in doctrina p̄ficerint. per semetiplos inde poterūt ad discēdi ac bñ vivendi materię accipe documentū. **E**s autem hoc opusculū q̄ capitula subiecta distinctum

- i. De puerorum nobilitate eruditione.
- ii. De magistrorum electione.
- iii. De modo docēdi.
- iv. De impedimentis addiscēdi.
- v. De tribus necessariis addiscēdi.
- vi. De quinq̄z administris addiscēdi.
- vii. De subiectōe discipuli erga magistrum.
- viii. De attentione ipsi⁹ ad audiēdū.
- ix. De docilitate ipsi⁹ ad intelligēdū.
- x. De benivolentia eiusdem ad retinendum.
- xii. De ordine scholastice disciplining.
- xiii. De studiosa discētis affectione.
- xiv. De ipsius fine illuminatione.
- xv. De proficiētū lectione.
- xvi. Omne discentiū studiū debet ad theologiā. id est. ad divinā tendere scientiam.
- xvii. Qualiter christiano p̄uenit omnia libro⁹ genera legere.
- xviii. De studio vel meditatione.
- xix. De scribēdi exercitio circa aliena.
- xx. De exercitio circa propria scripta.
- xxi. De exercitio in disputatiōe vel inquisitione.
- xxii. De contentione vitanda in disputatione.
- xxiii. De opponēdi et respondēdi causa et moderatione.
- xxiv. De morali puerorum instructione.
- xxv. Qualiter omnia consonant huic etati erudiendę.
- xxvi. De puerorum coertione.

# De eruditione

- xxvij. De coertionis moderatione.  
xxvij. De causis disciplinæ libeter suscipiendæ.  
xxvij. Quod instruendi sunt pueri de obedientia filiali.  
xxix. Quibus obedientia exhiberi debet.  
xxx. De septem gradib' in modo obediendi.  
xxxi. De morali cōpositione.  
xxxii. De vita sociali et eligenda societate.  
xxxiii. De concordia sociorum et stabilitate.  
xxxiv. Qualiter pueri ad omnes homines debent se habere.  
xxxv. De regimine vel disciplina adolescentiæ.  
xxxvi. De bonis morib' formandis in adolescentiæ.  
xxxvii. De institutione cōiugalis vite.  
xxxviii. De illo q̄ voluerit cōtinere.  
xxxix. De puerilib' euacuādis in virili estate.  
xl. De vir præterita debet recolere. et præsentia attendere.  
xli. Qualiter etiā futura debet prouidere.  
xlii. De puellarū custodia et absconditione.  
xliii. De litterali et morali eaz instruzione. et primo de castitate.  
xliii. De vita ornata supfluitate.  
xlv. De pudicitiæ societati et famulari electione.  
xlvj. De humilitate puellari et taciturnitate atq; maturitate.  
xlvij. De puella nuptui tradēda.  
xlvij. Qualiter de coniugali statu sit instruenda.  
xlii. Qualiter admonēda sit de vita irreprehensibili.  
l. De statu viduali.  
li. De excellentia virginali.

Incipit Tractatus de eruditione filiorum regalium editus a venerabili patre Vincentio belua- ceñ. ob rogatū reginę francię.

De puerorum nobilium eruditione Capitulum I.



Illi tibi sunt

erudi illos et curua illos a puericia eorum. Filii tibi sunt. serua corpus earum. et non ostendas bilare faciem tuā ad illas.

Ita legit Ecc. vii. Et dicit hoc ad quelli- bet fidelem. præcipueq; ad principē cuius liberi qnto ad maioris honoris culmē in populo debent erigi. tanto maiori diligētia opus ē illos a puericia erudiri. Est au tem erudire extra ruditatē ponere. Anima siquidē infantis carnē recenter infusa ex eius corruptione contrahit et caliginē ignorantie qntum ad intellectū. et putredinem cōcupiscentiæ qntum ad affectū. Ideoq; rudis efficit. et ad intelligenduz et ad bene agendū. Unde Aug. in li. de trinitate. xiiij. Anima inquit etiā infans parvuli se quidē nosse credenda est. Si intenta nimis in eas res quas p corporis sensu tāto maiore quāto nouiore cepit delectatione sentire. nequaq; se cogitare potest. Sic enim ī omnes corporis sensus. qn tum illa sinit etas se quali coartat. ut quidquid p carnem allicit vel offendit. hoc solum vehementer appetat vel abhorreat. Sua ergo interiora nō cogitat. nec admoneri potest ut hoc faciat. qz nondū admonentis nouit signa. vbi precipiunz locum tenent verba. hec Aug. Itaq; ppter hanc duplērū ruditatē oportet huī animā suscipere duplērū eruditōnē. vi delicit doctrinę ad illuminanduz intellectum. et disciplinę ad regendū affectum

# Filiorum regaliū

**E**st enim doctrina scientia doctoris. vel monitoris discipulo imptita. **D**isciplina vero est ut dicit beatus Cyprianus. ornata morum correptio. Itaque pueri non solum erudiendi sunt verbis. sed etiam si opus est flagellis. **V**nde dominus ad animam nudem sic loquitur sub figura hierusalem Hierosolimam. vii. Erudire inquit hierusalem ne forte recedat a te anima mea. et ponam te desertam terram inhabitabilem. ubi etiaz in exta septuaginta interpretes dicitur aptius: Per omnem dolorem et flagellum erudiens hierusalem. **H**inc etiam de predicta duplice ruditate ac duplice eruditione dicit Augustinus in libro de ciuitate dei. xxij. Quis ignorantia cum quanta veritatis ignorantia que iam in infantibus est manifesta. et cum quanta vane cupiditatis abundantia que incipit apparere in pueris homo in hanc vitam veniat. ita ut si vivere dimittatur. ut relit et facere quidquid velit. in omnia vel in multa facinorum et flagitorum genera pueniat. Nam luxuria inuidia. rapina. illana gaudia. homicidia piuria. et huiusmodi omnia ab illa radice erroris ac pueri amoris oriuntur. cum qua omnis filius Adam nascitur. Si divina gubernatione non omnimodo damnatos deserente. nec in ira sua misericordias suas continentiae. in ipsis humani generis sensibus prohibitio et eruditio contra istas cum quibus nascuntur tenebras vigilant. et contra hos exponunt impetus. plene tamen et ipse laboribus et doloribus. Quid enim sibi volunt multimodis formidines. que coabitentis puulorum exhibent vanitatibus? Quid pedagogi. quid magistri. quid ferule. quid virge? Quid enim huiusmodi penis agitur. nisi ut imperitia debelletur et prava cupiditas infirmetur. cum quibus malis in hoc seculo vivitur. Quid enim quod cum labore discimus. sine labore nescimus. cum labore strenui. sine labore inertes sumus? Nonne hinc apparet inquit humana natura velut pondere suo. pellitus existat. et quam ope ut inde liberet indiget? Delicia. segnicies. pigritia. negligens.

gentia. quibus labor fugitur. sunt utique virtus cum labor ipse quod utilis est sit pena. hec Aug. Quoniam ergo puerilis etas ruditus et contumax est ad descendum. et pigrorum ad bene agendum. prona vero ad malum. ideo recte postquam dictum est. Erudi illos statim subiungit. Et curua illos a puericia eorum. Curua inquit illos. in subiectu domini per obedientiam. et etiam magistro pro disciplina. De primo dicit Theronius. iij. Bonum est viro cum portauerit unctionem domini ab adolescentia sua. De secundo dicit Eccles. vij. Subiecte humerum et porta illam. scilicet sapientie doctrinam et ne accidieris vinculis eius. id est. ne fastidias vel graniter feras eius instructiorem atque coercionem. Nec sunt enim vincula eius. de quibus ibide postea dicitur: Vincula eius alligatura salutaris. Curua inquit eos a puericia. quoniam etas illatenella flexibilis est. sicut cera mollis. vel arbustula nouella. Scilicet hoc genitrix eruditio quam curuatio refertur ad utramque. scilicet doctrinam verborum. et disciplinam morum. Vel specialiter eruditio refertur ad doctrinam. curuatio ad disciplinam. Unum et dicitur Eccles. xxx. Curua cervicem eius in iuventute. quia scilicet arbor vel planta dum adhuc est tenera. melius ad libitum curuatur. cum autem duruerit facilis frangitur quam curuetur. Unum statim subiungit: Et tunc de latera eius dum infans est. ne forte induret et non credat. id est. consentiat tibi. cum eum iam adultum et induratum volueris corrigere. et erit extremum tibi dolor auctus. quoniam si iam non valebis eum corrigere. Hinc et Quintilianus in libro pro de oratoria institutione. Etas inquit hominis tunc maxime formidans est cum simulandi nescia est ac principiis facilissime cedit. Frangis enim certum quam corrigas. quod in primum duruerunt. hec ille. Neque non solum in moribus. sed etiam in scientia sint erudiendi a puericia. dicit Eccles. vij. Fili a iuventute tua excipe doctrinam. et ad canos iuvenes sapientiam. Ecce contra haec dicit Seneca Lucilio. Turpis et ridiculosa res est elemetari senex. Iuveni siquidem

# De eruditione

est parandū· seni vtēdū· hoc etiā īprope  
rat aplūs q̄busdā iudeis dicens **H**eb. v.  
**C**ū teberetis magistri esse bñ tps. rursū  
indigetis vt doceamī q̄ sunt elemēta ex-  
ordiū sermonū tei. **D**e vtraqz aut̄ erudi-  
tione a puericia filijs impendēda exēpla  
reperunt̄ i sacra scriptura. Verbi gratia  
**D**e instructiōe mox in **T**obia. **D**e hoc  
enī legit̄ i libro suo. q̄ filiū suū cui nomē  
suū iposuit ab infātia docuit timere deū  
z abstinenre ab oī peccato. **P**orro de in-  
structione **A**bōz **P**rouerb. iiiij. **A**oquē-  
te **S**alomone de seipso; Ego inqt fui fi-  
lius patris mei tenell⁹. z vñigenit⁹ coraz  
m̄re mea. z docebat me atqz dicebat: su-  
scipiat **A**bā mea cor tuū zc. **U**traqz aut̄  
eruditio. s. doctrine z disciplinę. sine do-  
cumētoz z mox op⁹ habet z plerūqz fla-  
gellis. **D**e qb⁹ iā alias dictū est. s. in capi-  
tulo de tactu correptionis

## De magistri electione

Cap. II

**P**leris ergo nobilib⁹ eli-  
gend⁹ est magister in amboz in  
sciētia scz ac morib⁹. **N**ec facile  
poslunt acqrere siue multiplicare scientiā  
nisi p̄ litteraz doctrinā. Ideoqz necessa-  
rīum est maxime talib⁹ qb⁹ op⁹ est multa  
sciētia. vt litteris imbuant̄ a puericia be-  
ne sicut iā alias dixim⁹ in litteris q̄s qn-  
dam rex romanoz misisse legit̄ ad regem  
frācoz hortās eū vt liberos suos institui  
faceret liberalib⁹ disciplinis. int̄ cetera q̄z  
adiecit: **R**ex illitterat⁹ est q̄s alius coro-  
nat⁹. **E**t qd̄ maxime talib⁹ necessaria sit  
multiplex sciētia. dicit **V**egeti⁹ renatus  
in libro de re militari. j. **N**eminez inquit  
magis decet q̄ p̄ncipē meliora vel plura  
nosse. cui⁹ doctrina p̄t oībus subiectis  
p̄delle. **P**reterea q̄ magnates nō solent  
vt ceteri homies corporaliter laborare. ideo  
utilis ē eis honesta līraz occupatio. quā  
tpe vacationis intendāt p̄cipēde sapiē-  
tig. **J**uxta illud **E**ccl. xxxvij. **S**apiētia  
scr̄be in tpe nativitatis. q̄ q̄ minoratur



actu p̄cipiet illā. **C**eterz ut dī ī eodē. xxij  
**M**ultā maliciā docuit ociositas. **H**inc  
z **S**eneca ad **L**uciliū. **O**cū inquit sine  
litteris mors est. **D**eniqz sicut dicit **H**u-  
go in libro diaiscalicon. j. **P**rimū ī vita  
solaciū ē sapiētē studiū. **D**e hac quoqz  
materia iā alias dictū est sup̄ vbi actū ē  
de excellētia p̄ncipis in sapia. **I**n do-  
ctorē autē qnqz sunt reqrenda. s. mens  
ingeniosa. vita honesta. bumilis scientia  
simplex eloqntia. docēdi p̄itia. **M**ēs  
inqz ingeniosa vt ex multis q̄ doceri pos-  
sunt meliora eligere sciat. nec totū ex ali-  
orū dictis accipiat. s. ex p̄prijs aliquid  
iueniat. **J**uxta illud **V**arronis p̄bi. **I**llū inqt eruditore elige quē magi admirē-  
ris in suis q̄s in alienis. **N**il magnificum  
docebit qui a senil didicit. falsoqz magi-  
stri nūc p̄cipit auditoz narratores. ac sic  
audiēdi sunt. vt q̄ recēseret rumores. hec  
**V**arro. **S**ecundū qd̄ reqrit̄ in eo ē  
honesta vita. sine cōuersatio. qz turpe est  
doctori cū culpa redarguit ipsuz. **U**nde  
**H**iero ad **N**epocianū. **N**ō cōfundant  
inqt oga sermonē tuū. **H**inc z **S**eneca  
ad **L**uciliuz. **H**oc inqt turpissimū ē qd̄  
nobis obijci solet **A**bā nos philosophiz  
nō oga tractare. **I**te **A**mbroz. sup̄ **L**u-  
cā. **F**olia inqt sine fructu. suspecta sunt  
mibi. **T**ales enī vestes habet exules pa-  
radisi. **H**oc est te q̄ cōquerit̄ **A**ug⁹. **U**li.  
cōfessionū. j. statum puericie suę cōfites.  
z te magistris suis parit̄ loquēs. **I**n scho-  
lam inqt dāl̄ sū vt līras discere in q̄bus  
qd̄ utilitat̄ esset miser ignorabā. s. inde-  
re delectabat. z i nos vindicabat̄ ab eis  
q̄ talia vtrqz agebant. s. maiorz nuge ne-  
gocia vocant̄. pueroz aut̄ cū sint. a ma-  
iorib⁹ puniūt. **H**em faciebā ego bñ. s. mi-  
hi teus me⁹ bñ siebat absqz te. **N**ec illi  
q̄ me vrgebāt bñ faciebāt. q̄ nō ad te fi-  
nem id referebāt. hec **A**ug⁹. **I**deo dicit  
**B**oetius in li. de scholaistica disciplina.  
**Q**uisqz officiū magistri p̄seq̄ desiderat  
vniūla mox honestate oportet vt polleat  
**S**it cōstans in vultu. pi⁹ in affectu. vir-  
tutib⁹ insignis. bonitate laudabilis. **E**t

# Filiorum regaliū

revera vita honestas et maturitas in do-  
ctore auctoritate acq̄rit. et multū in audi-  
tōib⁹ pficit. **Vñ** Seneca ad Lucilium  
epla. vij. **P**l⁹ inquit viua vox et cōnict⁹  
tibi q̄z oratio pderit. **Vñ** vt in rē p̄sente  
venias cōgrui. **P**rimū q̄z hōies ampli-  
us oculis q̄z aurib⁹ credūt. deinde q̄z lō-  
gum est iter p̄ p̄cepta. breue et efficax p̄ ex-  
empla. **I**de in epla. xlv. **I**llum inq̄t elige  
adiutorē. quē magis admireris cū vider⁹  
q̄z cum audieris. **U**t enī dicit Aug⁹. i. li.  
te doctrina christiana. **H**abet ut obediē  
ter audiat q̄ntacū q̄z grāditate dictionis  
mains pond⁹ vita ducētis. **E**cōtra vero  
dicit beat⁹ Bern⁹. ad Eugenij libro. ij.  
**N**ō struosa res est sedes p̄ma et vita ima-  
lingua magniloqua. et man⁹ oiosa. ser-  
mo mult⁹ et null⁹ fructus. **H**inc et Balte-  
rus in Alexandreide li. viij. **M**in⁹ est p̄-  
ciosus et absq̄z p̄dere hōmo quis quē nō  
quis edidit auctor. **R**umoresq̄z fac̄ leui-  
tas auctoris inanes. **L**alis recte dicere  
potillud **Q**uidij libro tristij. ij. **C**redem⁹  
bi mores distat a carmine nr̄i. et revera si-  
cut exēpla bona doctori mel⁹ discipulos  
instruit. sic et mala corrūpunt. **Vñ** Hiero-  
nym⁹ i epla ad Aletham. **P**roclivis  
est inq̄t malor⁹ emulatio. **Vñ** ḡeca hi-  
storia narrat Alexandri orbis dñatorē  
Leonidis pedagogi sui non petuisse vi-  
tis carere incessu et morib⁹ q̄bi adhuc  
paulus fuerat infect⁹. **T**ertiū quod  
in eo requirit est humiliſ ſciētia. **S**cien-  
tia quidē qm̄ ut dicit **Q**uidij in li. tristij  
**Q**d mīme nouit nemo docere p̄t. Ideo  
dīc **H**iero ad Rusticū. **M**ulto tpe di-  
scēqd doceas. **H**inc etiā dicit sup Eccle-  
siasten. **Q** pythagoricoꝝ disciplina fuit  
tacere p̄ q̄nquenniū. et postea eruditos lo-  
qui. **S** illud qd ibidē scriptū est. **E**cclē-  
astes. iij. **T**emp⁹ tacēdi et tps loquendi.  
hoc est qd dicit Ecd. xvij. **A**nq̄z loq̄nis  
disce. **H**ec aut ſciētia debet humiliſ eſſe  
nō inflativa. alioqñ nō eſt vera ſapiētia  
fm illud Salomonis Proū. xj. **V**bi  
būlitas ibi et ſapiā. **E**cōtra hōdo te ſciētia  
sup̄ba dicit apls. i. Cori. viij. **S**cien-

tia inflat. charitas edificat. **S**i q̄s antez  
existimat ſe aliqd ſcire nondū cognouit  
quēadmodū oporteat cū ſcire **L**alis ē ſci-  
entia dēmonij. a qua etiā nominant̄. qz  
dēmon ſciens interptat. **Vñ** Jacobi. iiij.  
**N**ō eſt inq̄t iſta ſapiētia de ſurſū deſcen-  
dens. ſed terrena. animalis. diabolica.  
**Q**uartū eſt ſimplex eloquētia. qz ſic  
ait Lullius in plogo rhetoricoꝝ. **S**api-  
entia ſine eloquētia paꝝ prodeſt. **H**inc  
etiā dicit Ecd. xx. **S**apiētia abſconſa et  
thefaur⁹ iuifus. q̄ vtilitas in vtrisq; **E**t  
revera multū valet ad doctrinā facūdīa.  
**U**t enī ait Terenti⁹ i phormione. **N**ihil  
eſt qn male narrando poſſit depravari.  
**C**oſtra hōo dicit Lulli⁹ in libro de para-  
doxis. **N**ihil eſſet horridū et incultū qd  
nō ſplendefcat oratione. **H**ebeſt aut̄ eſſe  
ſimplex eloquētia. qz ſicut dicit Juueni-  
lis libro. iij. **T**orres dicēdi copia mult⁹ et  
ſua mortifera eſt facūdīa. **A**d hoc au-  
tem ut ſit hōmo facūdus oportet ut adiu-  
uent euq̄z qnqz. videlicet natura. pſciētia.  
exercitiū vel vſus. gest⁹. et cordis leticia.  
**N**atura quidē. qz ſicut dicit Quintili-  
an⁹. **Philosophia** ſimulari poſteſt. ſ  
eloquētia nō poſt. **C**oſcientia hōo. qz  
ut dī Ecd. vi. **L**ingua eucharis. i. gra-  
oſa in bono homine abūdabit. **E**t ut dīc  
Claudian⁹ in maiori. Carmē amat qſqz  
carmine digna gerit. **E**cōtra hōo dīc La-  
to. Turpe eſt doctori cuq̄ culpa redargu-  
it ipsum. **I**deo dicit Seneca in li. de mo-  
ribus. **O**ratorē te puta. ſi tibi ipſi aī ōeſ  
qd oportet persuaderi. **H**inc et Quintili-  
anus libro. viij. **M**elius inq̄t alijs certe  
persuadebit q̄ p̄us ſibi pſuſalerit. prodiſ  
enī ſe qntūlibet custodita ſimulatio. nec  
vncq̄z eſt tāta loquendi facultas qui non  
titubet et h̄great quoq̄tens ab animo ver-  
ba diſſentient. h̄c ille. **E**xercitium  
aut̄ quia ſicut dīc Lullius i rhetorica. ij.  
**E**xercitatio eſt vſus aſſidu⁹ et conſuetu-  
do dicendi. **E**t ut dīc Quintilian⁹ li. j.  
**C**onſuetudo eſt certissima magiſtra lo-  
quendi. **H**inc ut ait Seneca ad Lucili-  
um. **M**utuo iſta fiunt et homines dum

# De eruditione

do cent discunt. **H**estu qz adiuuatur homo in docēdo. qz sicut dicit Valerius libro. viij. Eloquēt̄ ornamēta in p̄nunciatione apta. et cōueniente corporis motu cōsistūt. Quib⁹ cū se instruxerit trib⁹ modis hoīes aggredit. scz aures eoz pene trando. oculos temulcendo. aīos inuadendo. hec Valer⁹. **C**ui etiā videt consonare supradictū illud verbū Seneca. Illū inquit adiutorē elige quē magi mīteris cū videris qz cū audieris. **A**dieu uatur etiā eloquētia. mētis lēticia. **X**uxta illud Ennodij. Exultatio inquit eloquentiā dōt quā ingeniū negat. Nec au tem lēticia maxime prouenit ex securitate cōscientiē. bī illud apli. ij. Cor. j. **S**lia inquit nostra hec est testimoniu p̄sciētē nīz. Aliqñ tñ ex bonoꝝ dictoꝝ inuentione. **X**uxta illud Proverb. xv. Letat homo in sentētia oīis sui. Aliqñ etiā ex auditoriꝝ dignitate vel etiā multitudine. **X**uxta illud Quintilianus li. p. Optimus quisqꝝ p̄ceptoꝝ frēquētia gaudet. et maio ri theatro sedignū putat. Nec mix qz sic dicit Boeti⁹ i libro hypotheticoꝝ. Nullum est bonum qd nō pulcri⁹ elucescat si plurimoꝝ noticia cōprobet.

## De modo docendi Cap III'

**D**eter hoc ī doctore requirit docēdi pericia vel indu strias. vt habeat modū in docēna. In ipso q̄pelocationis modo qnqꝝ sunt necessaria. videlicet docto rū aptio sine claritas. breuitas. utilitas. suanitas. maturitas. **C**laritas quidem vt apte p̄ferant. ita vt ab oīibus intelligat. Ut enī ait Prosper li. p. de vi ta p̄emplatiua. Tā aptus debet esse ser mo docēs. vt ab itelligētia sua nullos q̄st̄ imperitos excludat. bī in omniū audiētū pectus cū quadā delectatiōe descendat. aperte inqz. i. distincte et alte et plane. De primo legit Recemic. viij. **N** legerunt in libris legis distincte et apte ad intelligen-

dum. et intellexerūt cū legeret. **D**secun do dicit Boeti⁹ in li. de scholastica disciplina. Cū scholas legēdi causa magister intrauerit. extrinsec⁹ rigore assumpto. incipiat ore rotūdo mediocriter ascenden do. **H**inc Ildoꝝ in li. de origine officiorum. ij. Vox inquit lectoris simplex sit et clara. et ad omne p̄nunciatiōis gen⁹ accō modata. nō humilis. nec adeo sublimis. agrestē ac subrusticū sonū fugiens. nihil fēmineū sonās. neqz cū motu corporis. sed cum specie granitatis. **D**e tertio Quintilianus li. p. Utendū est inqt̄ plāno sermōe ut nūmo cui publica ē forma. Vis tatis enī tuti⁹ rūmūr. noua verba nō si ne periculo fugim⁹. **H**nic etiā consonat apls. j. Thimoth⁹. vi. dices: Prophā nas vocū nouitates tenita. **H**inc patet qd pueri docēdi sunt loquēdi genere sibi noto et visitato. qb⁹ multū valet ex emploꝝ manifestoꝝ adiunctio. **X**uxta il lud Narronis. **L**ucidissimū inqt̄ edocē di gen⁹ ē. ex emploꝝ s̄bditio. **H**inc et Ari stoteles in li. methaphysicoꝝ. j. Illud inquit ad qd assueti sum⁹ est aio magi ap plicable. qd aut extra illud ē. incōueniens est. imo inopinabile. **H**eniqz instrue di sūt singuli bīm capacitātē suā: **X**uxta illud euāgelicū. Unicuiqz bīm p̄pūlātū tem Mathei. xxv. **V**n de his q̄ etiā sim plicib⁹ ingēnū subtūlia. dicitur Elia. xix. Confundent q̄ op̄abānt linū p̄cētēs et texentes subtūlia. **D**icit etiā beat⁹ Bern⁹. ad cartusienses. qd diffīcillū meditatio scripturaz fatigat. nō reficit teneriorem animū. frāgit intentionē. bebetat sensum. **I**deo dicit Dalladi⁹ in li. de agricultura. p. Pars est p̄ma prudētia ipsam cui p̄cepturus es p̄sonā estimare. His autē etiā lenia verbis phaleratis aut colorib⁹ rhetorizis ornare nitunt. dicit Ambroꝝ sup Lucam li. viij. Ausē lenocinia. suc cumiqz xboꝝ. q̄ solēt eneruare sentētias. **D**eboc etiā arguit Heliu a dño Job. xxxvij. Quis est inqt̄ iste innuolēs sentētias sermonib⁹ imperit⁹. Ecōtraꝝ dicit apls. j. Cor. ij. Doqmūr non in doctis

# Filiorum regaliū

humane sapiētiae verbis. s in ostensione spiritus et virtutis. **B**reuitas autē moderata requiriſt in docendo. qd̄ sicut dicit Hieronym⁹ ſup Hiere. li. iij. **N**imia plixitas onerat ſenſus legentiū. et imo dera ta breuitas pſcidiſt ſtudiosorū deſideriū. **E**ſt etiā breuitas ut dicit Tulli⁹ in rhetorica. j. **C**ū nullū niſi neceſſariū aſſumitur verbi. **H**āc breuitatē multū impedit cū homo certā loquēdi viā nō p̄cogitat vel aſſumit. **V**t enī ait Varro. **N**uſq; te ueniet qui qd̄ videt ſequit̄ calles. **U**nde Quidius in libro de fastis. v. **S**ēpe ſtat incertus et nescit qua ſit eundū. cū videt ex oī pte viator iter. **H**uic etiā cōſonat qd̄ in libro methamorphoſeos dicit. **A**nopem me copia fecit. **S**ic ḡ dicit Hugo in libro didascalicon. iij. **C**ū te qualibet arte agimus. maxime in docēdo. non omnia ad cōpendiū reſtringenda ſunt et ad facilez intelligentiā reuocāda. nō omnia dicenda ſunt q̄ dicere poſſum⁹. ne minus utileſ dicant̄ ea q̄ dicere debemus. **A**n Horati⁹ in poētria. **O**ffendūt. poterat du ci q̄ cena ſine iſtis. **S**iquidē et utilitas requiriſt in docentis ſermonib⁹. qm̄ ut dicit Seneca ad Lucilium. **N**ō multis op⁹ eſt. s effacibus. **D**e hoc autē plenius diſcretur iſen⁹. **P**reterea in omni doctrina utilitas eſt locutionis ſuanitas. ut delectatione quadā auditores demulceat. et ſic attētiores reddat. **V**t enī legit Ecc. xl. **T**ibi⁹ et psalteriū ſuanem faciūt melodiā. et ſup vtraq; lingua ſuanis. **E**t hanc ſuanitatē aliqñ facit ipſa dictoriū bonitas vel utilitas. vel etiā iocunditas. **J**uxta illud Horati⁹ in poētria. Aut pdesse volūt aut delectare poete. aut ſil et iocūda et idonea dicere uitę. **V**n̄ de bonitate vel utilitate dī. **O**rōu. xij. **D**octrina bona dabit gratiā. l. ipſi doctori. q̄ placebit auditori. **E**iq; iocūda ſit. inx illud Horati⁹ vbi ſupra. **Q**uod placuit ſemel. hoc tecies repetiū placebit. **A**liquādo etiā hoc facit dictor varietas. ſic dicit Tulli⁹ in rhetorica. j. **O**rationē inquit magnoge variare oportet. quoniaz

in omnib⁹ rebo ſimiſitudo ſentierat māter eſt. **H**oc eſt. qd̄ dicit. ij. **M**achab. xlj. **S**icut viñ ſemp bibere aut ſemp aquā cōtrariū eſt. alterius autē vt delectabile. **I**ta legentiū ſi ſemp exactus ſit fimo. non erit gratus. **H**inc et Quintilianus. **I**n grandib⁹ inquit cōgnis hoc nob ſepe accidit. ut cum optimis ſaciati ſimul. va rietas tñ nobis ex viliorib⁹ grata ſit. **V**t enī ait Varro. **G**audet natura varieta te. **O**bſeruandā eſt etiā in docēdo maturitas. i. inter velocitatē et tarditatē mediocritas. **V**t enī Seneca dīc ad Lu cilium. **I**nopia vborū et exilitas minus intentū auditore ſacit. interrupto tedio tarditatis. facilius tñ inſidet qd̄ expectat q̄ qd̄ p̄teruolat. hec Seneca. **I**taq; ca uēda eſt et nimia in cultatio. et etiā nimia interruptio. **N**eniq; ſicut dicit Aug⁹. in libro de doctrina christiana. iiij. **Q**uid prodeſt integritas locutionis. quā nō ſequitur intellectus audiētis. cū loquendi omnino nulla ſit cauſa. ſi qd̄ loqmur nō intelligunt. ppter quos loquit̄ ut intelligent. **Q**uid enī prodeſt clavis aurea ſi aperire qd̄ volumus nō potest. aut quid obēſt lignea ſi hoc potest quādo nibil q̄ rimus niſi patere qd̄ clauſū eſt. **H**onor ingenioꝝ insignis eſt indoles. v̄x i vbiſ amare non verba. **I**taq; nō exp̄itimet q̄ ſ dici melius. niſi qd̄ dicit verius. nec doctoꝝ verbis ſeruiat. b̄vba doctori. **L**uc⁹ vir bonus et eloquens bona dicit. qntuꝝ debet. agit ut intelligenter. ut libenter. ut obedienter audiatur. hec Aug⁹. **H**inc et Plinius in ep̄la ad Ursum. **S**ic inq; faces ignem aſſidua exuſtione custodiunt temiſſum egerrime reparat. ſic et dicētis calor. et audiētis intentio continuatione ſeruat. intercapidine autē et quasi remiſſione languescit. **O**poret autem ma gistrum habere docendi modum. non ſolum in verbis ſed etiā in factis. **V**t enim ait Boeti⁹ vnde ſup. **O**poret ut ſit eruditus. mansuetus. ac rigidus. non negli gens. nec arrogans. **E**rudit⁹ inq; q̄ p̄i oportet ut diſcat q̄ doceat. **M**ansuetus

# De eruditione

autem ut cum necesse est discipulorum elationem pati sciat. Rigidus etiam ut vindictam erroris imponat. oblatrates remordent. obliquetes deprimat. protervietes corripiat. Nec sit negligens. sed in officio magisterij sedulus et diligens. Sicut enim in uno quoque opere mater inuenitur poststantia. sic viuuntur doctrine ac disciplina est nouerca. Neque vero sit arrogans. quod nonque arrogantes fideliter instruunt. sed in fastidio simplices despiciunt. et quod sciunt humiliter docere contemnunt. nec in datorum scientie causam referunt. sed in se propriam excellentiam respiciunt. hec Boetius. Et recte dicit in datorum scientie quoniam a solo deo datur scientia. non solum docendi. sed etiam addiscendi. Unde solus deus magister proprie dicit. et non homo. sicut ab ipso domino dicitur Mathei. xxiiij. Non liceat inquit vocari rabi. unus est enim magister vester. Hinc et Augustinus in libro de magistro. Omnes inquit disciplinas quas le magistri docere possint. cum verbis explicant discipuli. vtrum vera dicta sint apud semetipsos considerant. interiorem scilicet veritatem per viribus intuentes. Fallunt autem ut eos qui non sunt magistros vocent. quia plerique inter tempore locutionis. et tempore cogitationis nulla mora interponit. et quoniam post admonitiones sermocinatis cito intus discunt. forsitan ab eo qui admonuit didicisse arbitratur. Nos autem intelligamus quod vere scriptum sit auctoritate diuina. ne nobis quemque magistrum dicamus in terris. et quod unum omnium magister sit in celis. Quod autem sit in celis docebit ipse a quo et per homines fortis signis admonemur. ut ad eum intro caversi erudiatur quae diligere ac nosse vita beata est. hec Augustinus. Ide quoque dicit in libro retractationum. Pro Credibile est idcirco vera respondere de quibusdam disciplinis. etiam impitos eorum. quod sensus est vel quantum id capere possunt lumen eternum rationis. ubi hec immutabilia vera con-

spiciunt. non quod ea sicut Platoni visus est aliquando noverint et oblitos fuerint. sed ego quondam in libro soliloquiorum. quod nunc improbo dixi. quod videlicet liberalibus disciplinis erudit illas in se obliuio ob rutus erunt et quodammodo refodiunt. hec Augustinus

## De impedimento addiscendi.

Cap. III.

**D**icto de magistro de pri  
mero discipline primitus consideranda sunt duo. scilicet quid eam impedit. et quid eam promoveat. Impedimenta quodam sunt ex parte vite. quedam ex parte studij vel doctrine. Ex parte vite impedit septemvitia. Ex primo superbia. quod dum animam inflat. execusat. Unde Augustinus in libro confessionum de statu suo post mortem loquens ita dicit: Lumen meum refugiebat scripture modum. et facies mea nimis inflata non sinebat me videre verum. Secundum est inuidia. de qua dicit sapiens. Sapientia. Non inquit cum inuidia tabescente iter habebo. quoniam talis homo non erit particeps sapientie. Tertium est iracundia. de qua etiam dicit poeta. Ira impedit animum ne possit cernere verum. Quartum est accidia sine pigricia. de qua dicit Ambrosius. super Henricum. Quod nullus piger inuenit in domo sapientis. Ut enim legitur Sapientia. p. Spiritus sanctus discipline effugiet factum. id est. pigrum. Unde recte dicit piger. Proclus. vj. Vade ad formicam o piger et disce sapientiam. Quintum est auaricia. de qua dicit Hieronymus contra Vigilantium. Non est eiusdem hominis aureos nummos et scripturas probare. Sextum est luxuria. de qua dicit Boetius in libro de scholastica disciplina. Luxurie feruore studeat discipulus alienari. quam triplici membro dividunt satyrici. scilicet una consistere

# Filiorū regalium

vicentes in ornatū. alterā in coitu. tertiā vero gulositatis assūtricē. **S**eptimū est gula. de qua dicit **H**ieronym⁹ cōtra **J**oninianū li.ij. **G**alienus etiā illos q̄z vita & ars est sagina. dicit. nec vivere diu posse nec sanos esse. animasq; ipsorum ita nimio sanguine & adipe quasi luto innolatas nihil tenuis. nihil celeste. sed semper de carnibus & ructu & vētris ingluvie cogitare. Idem etiā **H**ieronym⁹ alibi dīc. q̄ venter pinguis sensum tenuem nō dignit. Dicit & **B**oetius vbi supra. **N**um quidem modice sumptū intellectui videtur acumen inferre. **N**ō modice p̄o potatum rationē perturbat. intellectum beverat. memoriam enervat. **H**ec sūt igitur impedimenta vītē. quibus lcz impecditur perceptio scientiē vel sapientiē. Quorum quincū sunt spiritualia. scilicet superbia. inuidia. ira. accidia. & auaricia. **D**uo vero carnalia. scilicet gula & luxuria. **Vn**de **S**ap. j. dicitur. q̄ in maluolam animā non introibit sapientia. Propter vias spiritualia nec habitabit subdito pecatis i. in gulosis & luxuriosis. **E**x pte vero studi⁹ aut doctrin⁹. dicit **H**ugo in libro diaſcalicon. v. tria impedimenta esse videlicet negligentiam. imprudentiam. & fortunam. Negligentiam inq; addiscendi. Imprudentiam ordinis et modi. Fortunam paupertatis. & infirmitatis. ac defectus librorum vel magistrī. Itaq; de primo discipulus est admonendus. De secundo instruendus. De tertio si op̄ sit adiuvādus. **D**e primo dicit **B**oeti⁹ vbi supra. **N**um universae discipline nouerca est negligentia. **H**eliusq; inquit esset mechanice deferire q̄z scholasticum onerari iugo negligentie. hec **B**oetius **H**inc et **E**nodius. Artium inquit mater est cōstantia. nouerca eruditioñis est negligentia. Item **P**etrus in ep̄la **C**lementis. iiij. Ignorantia inquit est mater omnium malorū. q̄ue in curia quidem & ignavia gignitur. negligentia vero alitur

et angetur. sed quia substantiā non habet facile ab his qui studiosi sunt effugatur. **V**t autem dicit **A**puleius in libro de deo **S**ocratis. In quibusdam mirandum est qui ea q̄e minime videri nescire volunt. discere tñ negligunt. & eiusdem artis disciplinam simul et ignorantia detrectant. **C**ōtra q̄s in canone dicit **A**lemens papa distinctiōe. xxvij. Nullus etiam inquit episcopus ppter opprobriū senectutis. vel nobilitatē generis a parvissimis etiā vel minimis erudit⁹ inq̄rere negligat. si quid forte utilitatis est. atq; salutis. **E**t recte. vt enī dicit **S**eneca ad **L**ucilium. Quid stultius est. q̄z quia nō diceres. ideo nō discere. At vt dīc **H**ieronym⁹ ad **V**igilantiū: Illud verissimum comprobatur. qđ apud gr̄cos cauitur: Imperitia confidentiam. eruditio creat timorem. **D**e secūdo impedimento addiscendi quod est impudentia ordinis et modi. dicit apostolus. j. **C**or. viii. Si quis existimat se aliqd scire nondum cognouit quēadmodum oporteat eum scire. **D**ancissimi nang; rectum addiscendi modum obseruant. vt scz ordinem & affectum. & intentionē debitam in hīmōi teneant. sicut pleni⁹ dicetur inferius. **Vn** **H**ugo diaſcalicon. iiij. Scholares inquit nostri aut nesciunt aut nolunt modum congrū in discendo: **E**t idcirco quidem multos inuenim⁹ studentes. paucos vero sapientes. **D**e tertio scz impedimento fortunę adiuuandus ē hīm **H**ugonem si opus est discipulus vt ei prouideatur in expensis et libris. atq; doctore. **N**ostrum etiam addere et quartum impedimentum. scilicet inquietudinem corporis. & curiositatem oculorū. quia vt dicit **A**ristoteles in methaphysica. libro primo. maxime ad doctrinam necessarij sunt. quia multas nobis differentias ostendunt. **Vn**de **B**oetius vbi supra. Non sic ait scholaris dischol⁹. id est. a schola dimisus p̄ vicos

# De eruditione

et plateas tabernacq; discurrens. ac mera tricū cellulas. q; publica q; spectacula. q; pompas & choreas. & comedationes. & publicas cenas ocul' vagis. & effreni lingua luxurie q; feruore alienari studeat. nec il las solūmodo species ei' q; ingulositate. coitug; cōsistūt. & tanq; causati & causa pmutatim adnexe sunt caueat. S illā ni bilominus q; ornatib; inbiat gaudet vestium frequēti variatione. earūq; mēbra tim sigillatione pectinis beneficio cesa riem polire. et calamistri tortuositate. florumq; diuersitate sertatim lasciuire. gu lam succo pfundere frequenti. nouaculē castigationi inhiare. sinus aromatib; im plere gēmatis colla monilib;. parchorūq; cingulis ventrē plebi ostendere. rostratis calceis & tabulatis incedere. collo elato gutture inflato. supcilio mutilato. oculo iudico. incessuq; fastidioso semicircula ris pcedere. appositis q; cibarijs fastidi re omnia. et vltimo raroq; scholis inter esse. hęc Boetius. Qui etiā ibidē postea tangit breniter & alia quedā impedimenta dicens. Lauendū est ne deliciosus men tem appetitus exēget. ne lucruz eneruet. raroq; fidelis adulatio defraudet. ne famularis sinistra visu vel auditu ebibat. qd scribentis vel discentis dexterā emol liat. hęc Boetius. Ceterū duo sunt impedimenta discendi generalia. Unū ex parte discēdoz scz obscuritas siue dif ficultas. fm illud Ecclesiastes. i. Cuncte res difficiles. Aliud ex pte discentiū. scz ingenij tarditas. vel intellectus infirmitas. Juxta illud Aristotelis. in li. methaphysicoz. ii. Sicut inquit noctuaruz visus ad lucē diei se habet. sic & intellectus ad oia naturę manifesta. Ideo dicit Tullius i dialogo ad Hortentii. Omnis cognitio multis est difficultatib; obstruta. Est enī & in rebus ipsis obscuritas. & in iudiciis nostris infirmitas. Idē Hieronymus sup Esa. li. xiij. Illud inqt rhe toris Victorini brenit admoneo vt ob scuritatē voluminum ex tribus reb; fieri scias. vel rei magnitudine. vel doctoris

imperitia. vel audiētis duritia.

## De tribus necessarijs addi scendi. Cap. V

**T**ria vero sicut dicit Hugo in libro diaiscalicon. iij. sunt ad discendū necessaria. s. natu ra. exercitiū. disciplina. In natura consi derat ut audita facile pcipiat. & percepta firmiter custodiat. In exercitio ut labore & sedulitate naturalē sensu excolat. In disciplina ut laudabiliter viuens. mores cū scientia componat. Ad naturam itaq; ptingent ingeniu & memoria. Que duo ita sibi in oī studio coberēt ut vnu nō p̄sit si alterz desit. Hic nulla. p̄sunt lu cra vbi teest custodia. & incassu recepta cula munit. qd recōdat nō habuit. In geniū q̄ppe sapientiam inuenit. memoria custodit. Est autē memoria vis retentiva eoz que sensib; supposita fuerint. vel eti am imaginib;. Ingeniū est vis quedam naturaliter aō insita p se valens. Ing enium a natura. pfiscit. vsu iuuat. imo terato labore retundit. & exercitio tempe rato acuit. Ingeniū exercent duo. lectio scz & meditatio. De qbus scz plenius in feri' dicet. Hec autē dicit Hugo de nata ad quā ut dic̄ptinēt ingeniū & memoria Exercitatio autē est virtus animi q quis mollicē siue rubiginem oī fastidiens aut detestā assidue bonis honestisq; studijs vel actibus se occupat ut nullum tēpus vacuū p̄tereat. Juxta illud Ecd. xiiij. Non defrauderis a die bono & particula dici boni non te p̄tereat. Hic au tem accipimus illam partē exercitij que est in occupatione studij. De qua dicit Tullius in tuisclanario li. p. Grecoz p. uerbiuz est. quā quisq; nouit arte in hac se exerceat. Hinc Abamfridus i poetria Ars certos. vsus promptos. imitatio red dit artifices aptos. tria pcurrentia sum mos. Usu vocat exercitium. in quo scz exercitio sicut dictum est iuxta Hugo nem attenditur; ut labore ac sedulitate

# Filiorū regalium

naturalis sensus excolatur. **E**s aut̄ duplex hōis sensus vterq; laboriose ad doctrinā exercitādus. exterior sc̄z audit̄ et visus. et interior. s. ingenii et intellect̄. Exerceat ḡ discipul̄ audit̄ in audiēdo. vi- sum in legēdo. ingenii investigādo. intellect̄ in meditando. **N**ā de laborioso ingenij exercitio dīc Salomon Ecclesiastes. **S**i retusū fuerit ferrū. et h̄ nō vt p̄ us. s̄ bebetū fuerit. multo labore exacu etur. et post industriā sequer̄ sapia. **U**bi ferr̄ vocat̄ humanū ingenii sine mēs. ppter p̄spicacitatis acumē. et q̄ ipsū ociositas sicut ferrū obtūdit ac denigrat. rubiginat ac cōsumit. **E**cōtra v̄o v̄lus illud exacuit. dealbat. elimat. et a corrupti one rubiginis cōseruat. **S**icut humanā mente ocū vel desidia obtundit. sic cete ra p̄dicta in ea facit. **V**ñ sup̄ p̄dicto vero dicit Hiero?. **O**cio ingenii hebetat. et desidia est q̄sī quedā rubigo sapientie. **H**inc et Ouidi? in li. tristū. iij. **I**ngenii longa rubiginis lesūm. torpet. et est m̄sto q̄sītū min? **F**ertilis assiduo si nō renouet aratro. **N**il nisi cū spinis gramē habebit ager. **I**ta cōtra p̄dicta mala q̄ fac̄ ociositas mēti hūane. exercitatio studij vel discipline illā exacuit p̄spicacita te. dealbat cādere puritatis et innocētie. **E**limat. i. a rubigine vitior̄ detergit. et ab oī pcti corrosiōe illesā custodit. **D**ec q̄tuoī desidie mala. et q̄tuoī exercitij bona ibi Salomon insinuare innuit. vt ocū fugiat. et exercitiū discipline req̄rat. **D**e quo etiā exercitio q̄ ingenii acutur in discendo. dicit idē Proū. xxvij. **F**errum ferro acuit. et homo exacuit facie. p̄ximisi. **S**icut enī ferrū ferro acuit p̄ col lisionem. sic et discipuli mēs vel ingenii acuit per doctring a magistro receptionē. **S**z multū refert in q̄bus ingenia vel sen sus discipulor̄. et maxime pueroī excolā tur. i. in q̄bus doctrinis. vel i. qua doct ring materia erudiant. **A**t qđ enī v̄sq; ho die puulor̄ sensus et lingue poeticis fabu lis ac luxuriosis figmētis imbūunt. **N**ā etiā doctrina poetica sit v̄tilis q̄ntū ad re

gulas metras. inutilis tamē est. imo p niosa q̄ntum ad fabulas p̄dictas. **C**ū Valeri? maxim? li. vij. refert. q̄ lace de monij libros Archiloche cinitate sua fe cerant exportari. eo q̄ parū verecundam ac pudicā illoꝝ arbitrā lectionē. No luerūt enī ea liberor̄ suor̄ animos imbui ne plus eoz morib⁹ obesset q̄sī ingenij p desset. hec Valerius. **H**inc etiā dīc Sidorus in libro sentētiaz. Ideo p̄hibetur christianis poetaꝝ figmenta legere. q̄ p oblectamēta fabulaꝝ nimī mentē exci tant ad incentiu libidinū. **N**on enī sol lum immolat̄ dēmonib⁹ thura offerēdo sed etiam illoꝝ dicta libentius capiendo. **S**unt aut̄ et alj libri metri etiā antiq̄ simi. in q̄bꝝ eque v̄tiliter. imo multo v̄tili us in arte metrica pueri possent edoceri. Verbi grā. Libri Juuenti p̄sbyteni de historia q̄ttuoī euāgelioꝝ. Liber orator̄ de actib⁹ aploꝝ. Liber etiā epigrāmatū p̄spēri religiosissimi viri. de dictis tñ Augustini. **S**z et liber de cōflictu vitiorum atq̄ virtutū prudētij. carmē q̄z pascale sedulij. **P**reter hos etiā extat liber Mathei de sancto Tobia. Biblia q̄z a Petro rīga versificata. et alia p̄sima in q̄bus v̄tīq̄ possunt instrui salubriter. et in arte grāmatica q̄ntū ad litterā. et etiā in fide achmōrib⁹ q̄ntū ad ipsam libror̄ materiā. **V**ñ de b̄ cōquerit Aug?. in li. p̄fessionū p̄ peccata puericis suis confitens. et inter alia sic loquēs: **T**enere inq̄t tūc cogebar. **E**neq; nescio cui? errores oblit̄erroꝝ me orum. et plorare Didonē mortuaꝝ. q̄ se occidit ob amorē. cū interea me ipsuꝝ in his a te moriēte. q̄ te nō amantem siccis oculis miserim? ferre. **Q**uid enī miseri? misero nō miserāte se ipsaꝝ. et tibi flumē mar̄ hūani. q̄zdiu nō siccaber̄. quousq; volues. **E**uē filios ī mare magnū et formidolosū. qđ vir trāseūt q̄ lignū cōscēderūt. **N**ōne ego in te legi ionē. et tonātē. et ad ulterātē. v̄tīq̄ nō posset hec duo. **S**ed actū ē vt h̄ret auctoritatē ad imitādum adulterium verum lenocinante tonitru fallo. **F**ingebat hec Homerūs diuinā

## De eruditione

tribuendo flagitiosis hominibus flagitia flagitia putarentur. Et quisquis ea fecisset teos imitatos esse videret. Itaque non per predictas turpitudines cōmodi? verba discuntur. Et per talia vox turpitudines illę cōfidentius perpetrantur. Nec accuso verba quasi vasa electa et p̄ciosa. Et vix erroris quod nobis p̄petravat in eis a doctoribus ebrijs. His tamen telectabar miser. et ob hoc appellabamur bone spei puer. ita ne aliud non iuueniebat quo ingenium et lingua mea exerceceret. Nunc autem landestue domine. laudes tuę per scripturas sanctas suscepimus palmitę cordis mei ad te. ut non raparet per inaniam nugas turpis preda volatilibus. non enim unico modo sacrificatur angelis transgressoribus. hec Augustinus de exercitio. Denique ad disciplinam ut dictum est. spectat ut discipulus sine scholari laudabiliter vivens. mores cum scientia componat. Unde Boetius ubi super Sit scholari facultas munda. portio contenta. viriliter incursus p̄ferens. ad summa semper anhelans. et omnibus obediens. famulatu prompta. ad obloquendū tarda. fidelis obsequio. dulcis integracōnē colloquio. cordis tumorositate carens. De hac quoque materia. scilicet de modis disciplina quae necessaria est addiscientibus; iam in predicti capitulo dictum est. et adhuc inferatur dicetur. ubi agendum est de instructione puerorum in moribus.

### De quinq̄ administris addiscendi. Cap. VI.

**H**ecut autem dicit Hugo in libro superius nominato: Sapientia quidam cum interrogaret de modo et forma discendi: Respondebat: Vix humilis. studium querendi. vita quieta. scrutinium tacitum. paupertas. terra aliena. hec reserare solent multis obscura legendi. Audierat puto dictum. Mores ornant scientiam. Illaudabilis quippe est scientia quam vita maculat impudica. Ideo preceptis legendi. precepta quoque vite adiunxit. Principium ergo disciplining est hu-

militas. cuius tria principia ad lectionem pertinent documenta. scilicet ut nullam scientiam vel scripturam valem habeat. ut a nemine discere erubescat. ut cum scientiam adeptus fuerit ceteros non ostennat. Multos hec decipit quod ante tempore sapientes vide ri volunt. Unde et simulant quod non sunt. et quod sunt erubescunt. eo quod longiora sapientia recedunt. quod non esse sapientes. et putari cupiunt. Eiusmodi multos nonne qui cum primis adhuc elemētis indigent non nisi summis interesse dignantur. et huiusmodi magnos fieri putant si magnorum et sapientium vel scripta legerint vel audierint vox. vel ab eis cogniti fuerint. utinam me nemo agnoscat. et ego cuncta nouerim. Audisti platonem. audias et aristippum. In puerbio quippe dī: Quod tu non nosti fortassis nouit Osellus. Nemini oia scire datum est. Prudens igitur lector. oes libenter audit. oia legit idifferenter. ab omnibus quod sibi deesse videtur. nec quantum sciat. et quantum ignorat considerat. Hinc et illud platonicum aiunt: Malo aliena verecunde discere. quod mea impudenter ingerere. Cur enim debere discere erubescis. et nescire verecundaris? Pudor iste maior est illo. Sapientior oibus eris. si ab oib⁹ discere volueris. quod ab oibus accipiunt oib⁹ ditiores sunt. Expedit etiam tibi ut cum aliquod sapientia ceteros non contemas. Bon⁹ enim lector. humilis debet esse et mansuetus. diligens et sedulus. et ab oibus libenter discat. nunquam de scia sua presumat. quersi dogmatis auctores quod si venena fuit. diu re tractet an quod indicet. Dicta sapientia intellecta diligat. et si quod forte obscuriora cepit. non statim in vituperium primum pat. ut nihil bonum esse credat nisi quod ipse intelligere potuerit. Hec est humilitas discipline. In studio quodrendi exercebatur antiqui philosophi adeo ut propter amorem sapientiae alii honores calcarerent. alii vero dignitas. prius ererent. alii quod acceptis inuitis gaudebant. alii deserta petebant ut cotempiani liberi vacaret. Utinam hec in primis esset scholasticus diligētia. ut non quod in eis senesceret sapientia. Si quidem oes penitus virtutes decrescent in senioribus sola crescente sapientia. Unde sapiens ille

# Filiorū regalium

vir grecie **A**hemistocles. cū expletis. cvij. annis se mori cerneret. dixisse fert se dolore & egredere & vita qñ sapere cepisset. **C**licam qz discentis oportet esse quietam. maxime interi. vt mēs p illicita desideria nō discurrat. et exten. vt ocium & oportunitas honestis & utilibus studijs suppetat. **U**trūqz siquidē ptinet ad disciplinā. **P**orro scrutinū tacitū spectat ad exercitiū sicut et querēdi studium. Studiū querēdi significat istatiā operi. scrutinū vero diligentia meditationis. Opus. labor. & amor peragunt scrutinū. cura & vigilia parint. In labore ē vt agas i amore ut perficias. In cura vt puidas in vigilia vt attendas. His sunt quatuor portates lecticā phie. id est sedem sapiētię. His enī suppositis gestari dicit. qz in his se exercendo pmouer. Juuenes ppter robur a fronte lecticā tenere dicunt scz philos & tropos. id est. amor et labor. qz fors op pagat. a posteriori puelle. s. philemia & agrimina. quod interpretat cura & vigilia. quia intus in secreto cōsilium parunt. **H**ec paupertatem sequi hoc ē supflua nō sectari. maxime spectat ad disciplinā. pinguis enī venter non git sensum tenuē. **P**ostremo terra aliena posita est. que & ipsa melius hominem exercet. **O**is quippe mād exiliū est philosophatib. **Q**uiam tamē vt ait qdā nescio qua natale solum dulcedine cunctos tangit. & immemores nō sinit eē sui. **M**agnē x̄tus pncipiū est vt discat pauplatim exercitat animū hic visibilia commutare vt postea possit etiā derelinquere. **D**elicat ille adhuc est cui patria dulcis est. Fortis autē est. cui iā oē solū patria ē. **P**erfecto est cui mādus totus exiliū est. Ille mundo amore fixit. iste sparsit. hic extinguit. hec Hugo. Et reuera paupertas & peregrinatio discentis exercitio multum proficiunt. dū cū a multis doctrinē impedimentis expediunt. **D**ivitias nāqz multa sequunt incōmoda. que disciplinas sunt inimica. Verbi grā. Supbia. cū peditas. et crapula. ceteraqz vicia supra-

dicta: **I**psa quoqz dīvītārū occupatio multū obest dīscētis exercitio. **V**n paucos videmus nobiles aut dīvītes in scripturis sapiētes. & hoc ideo. quia vix aut nūqz esse possunt assidui & boni scholares. **S**imiliter pegrinatio a patria mltū proficit. qz mente a carnali affectiōe parentū & cura rex familiariū autit. **V**n videmus parisi scholares a remotis pribi venientes magis cōtinue studio insister. & video magis pficere. **H**inc & ipse Hugo post predicta subiungens: **E**go inquit a puero exulani. & scio quo meroze animū artū paupis aliquādo tugorū fundū deserat. et qua libertate postea marmoreos lares actecta laqueata despiciat. hec Hugo.

## De subiectione discipuli erga magistrū. Cap. VII

**R**Emotis ergo predictis omnib impedimentis & amminiculis assecutis. secure potest qz ad disciplinā scholasticā accedere. & ea si psonae suę cōgnit quasi p q̄ttuor gradus. sicut dīc Boeti ad pfectionē ascēdere. Ad incipientes enī ptinet audire. ad pficiētes studere. ad puectos se exercere. ad pfectos autē docere. **I**ncipietiū cōuenit pmo magistrū querere. & sibi cōpetentē eligere. seqz si fieri pōt ei cōiungere. se qz eidē subiūcere. **D**e primo scz q̄ tebeat magistrū habere. **H**iero. ad **P**aulinū. hortat vt intelligat se ī scripturis absqz pnuo & mōstrāte semitā ingredi nō posse. **H**inc & idē **H**iero. in li. de illustrib viris. Qui nullū inq̄t sequit pncipiū. pessimū semetiplū facit magistrū. Idē ad **M**arcellā. Malo inq̄t seq̄ alie- nā peritiā qz stultam h̄re nescientiū scienciatā. **H**inc etiā **S**eneca ad **L**uciliū. Leci ait dīc querunt. nos autē sine duce erramus. Ideoqz difficult ad sanitatē pue- nim. qz nos egrotare nescimus. **I**dīcīco presumptuosos icrepant **H**ieronym. in ep̄la ad **P**aulinū. qui sine doctore pnuo scriptures legūt. & ad sensum suum

## De eruditione

deum acquirit. sed etiam ipsam disciplinę severitatē multo leniorem facit. iuxta illud Aratoris de historia actuū apostolorum libro. iij. **M**itissima sors est pçnarum quas nota gerunt. **E**t illud **O**nus dī sine titulo libro. i. **L**eue fit qđ bene fertur onus. Ideo dicit Seneca ad Lucilium epistola lxxvij. **N**oli mala tua tributmet ipsi grauiora facere et de querelis onerare. **D**olor quippe si nihil ei opinio adiecerit est lenis. ipsumq; leuem dñi leuem putas effici. **H**inc et Quintilianus in cā. **T**ulla inquit est nisi invito p̄gna. nullumq; dolorem habemus nisi ab impatientia et ut aliqd crudelē sit metus facit. **M**ona ratio vel causa libenter tolerandi. est sequens iocunditas. **E**t hec ē duplex. scilicet p̄sens et futura. **P**resens quoq; triplex. Transacta nāq; pueritia dulcis ē discipline perpēse memoria. **J**uxta illud Seneca In hercule furente que durum fuit pati dulce est meminisse. **N**esolum dulcis est eius recordatio. sed etiam iocunda relatio. iuxta illud Seneca ad Lucilium vbi supra. **D**ac̄erbum fuit. iocundum est retrulisse. **N**aturale est enim mali sui fine gaudere. **T**ertia vero iocunditas est de adoptione iusticie vel sapietie. quarum utraq; inestimabilem habet voluntatem. **V**nde Macrobius in libro saturnaliū. Qui suos iquit dolores anxietatesq; dissimulādo trāseunt. patientie beneficio ad voluptatem maximam perueniunt. **H**ec tria designata sunt in virga Aaron que floruit et fronduit et fructum protulit. ut legitur Numeri. xvij. Floret enim virga discipline sine correptionis persuase fragrantem sui recordationē. Frondet periocundam et gratam sui relationē. Fructū profert per iusticie vel sapientie acquisitionē. **S**unt enī prius sicut nouelli palmites. viti virg. id est Christo per gratiam baptismalem adhuc rētes. **J**uxta qđ dicitur ab ipso Job. xv. **E**go sum vij vos palmites. **P**almites

aūt qñ putātur quasi destrui et diminui ac deturpari videntur. etiā lachrymas emitunt. sed ex ipso fructum vberio em reddunt. **S**ic et pueri sapiente agricola. id est. deo iubente vel disponente. putātur sarculo discipline. et hoc quidem deflent. sed hoc idem fit ut vberius fructificent. sicut ibidez a domino dicitur. **O**mne palmitem in me ferentem fructum purgabit eum. nt fructum plus afferat. **V**nde dicit ab apostolo ad Heb. xij. **O**mnis disciplina in presenti qđez videatur non esse gaudij. sed meroz. postea aut fructum pacacissimum exercitatis pcam reddet iusticie. **D**e hac etiā putatione ac fructificatione dicitur Ecc. iiij. vbi agitur de disciplina sapietie. **T**imo rem inquit et metum et probationem inducit super illum. et cruciabit illū in tribulatione doctrine sue. **E**cce disciplina meroz vel meroz discipline. Postea vero dicitur. Et thesaurianit super illū scientiam et intellectum iusticie. ecce fruct sapietie et iusticie. **D**e futura vero et cetera iocunditate que est fructus ultimus discipline. ita dicit Prosper vbi supra. **I**ra brevis rectis. gaudia longa dabit. **H**oc est quod dicitur a domino Job. xvij. **P**lorabitis et flebitis vos. sed tristitia vestra vertetur in gaudium. **I**dem quoq; dicitur per Eliam. lxvj. Videbitis gloriam domini et gaudebit cor vestrum. **A**d vbera portabimini et super genua blandiet vobis. **Q**uomodo si cui mater blandiatur. ita ego cōsolabor vos scilicet blandiendo et applaudendo. et lachrymas vestras abstergendo. **S**in illud Apoc. xxij. **A**bstergat deus omnem lachrymam ab oculis eorum. et ultra non erit neq; luctus neq; clamor. quia pma abierunt. **V**nde beatus Bernardus. **F**eliciter inquit lachryme quas pia manus conditoris absterget.

# Filiorū regalium

**Q**uin instruēdi sunt pueri de obedientia filiali.

Cap XXVIII

**D**icto de puerorum disciplina qua discedere et a malo se cobibere compelluntur: dicendum est de illa quae bonos mores complectitur quibus eorum vita informetur. De hac enim dicit beatus Cyprianus. in li. de. xij .abusionib<sup>z</sup> seculi. Disciplina est ordinata morum correctio. De hac etiā dicit Hugo de sancto victore. Disciplina est conuersatio bona et honesta que non tantum mala non facere studet sed etiam in his que bene agit per cuncta irreprehensibilis permanere. Et quoniā de moribus et bona conuersatione et actuū ac gestuum sensuumque regimine que ad disciplinam pertinent plurima iam diximus in tertio huius operis libro superius: hic solum ad presens dicamus. quod pueri maxime instruendi sunt de trib<sup>z</sup> videlicet de obedientia finali. de compositione moralis. de conuersatione sociali. In his enim tribus precipue consistit vita bonae informatio: Juxta illud beati Bernardi in sermone de apostolis. Petro et Paulo. Putas inquit parua res sit scire bene vivere: Arbitrio autem quod bene vivis si humiliter ordinabiliter sociabiliter vivis. Humiliter deo. ordinabiliter tibi. sociabiliter proximo. hec Bernardus. Illud autem humilitatis et obedientie vel subiectionis deo dicitur impedi. quod prelatis ac potentibus et magistris exhibetur propter ordinacionem dei. in illis apostoli ad Romanos xij. Non est inquit pratas nisi a deo. quantum a deo sunt. ordinata sunt. Itaque per primū humiliantur erga maiores suos. per secundū ordinantur apud semetiplos. per tertium recte conuersantur inter socios siue proximos. Est autem obedientia voluntas faciendi mandatum superioris. Item obedientia dicitur esse spontaneū

rationale sacrificii voluntatis propriæ Iterum sic describit: Obedientia est pio iussu studio propriæ voluntatis abnegatio et voluntaria recusatio. Inobedientia vero est ex duritia mentis obstinate cui debeas imperanti nolle obtemperare. Quia vero puerorum voluntas est volatilis et vaga. ideo maxime opus habet regi obedientia sub voluntate aliena: alioquin ut legitur Proverb. xxix. Puer qui dimittitur voluntati sue confundet matrem suam. Alterum pueri quoque regales qui debent aliquando ceteris precipere plus ceteris necesse habet obedientiam experiri et addiscere. Ut enim dicit Tullius in libro de legibus. iij. Et qui bene imperat necesse est aliquando parerit. et qui modeste paret. videtur quod aliquando imperare dignus sit. Itaque de obedientia consideranda sunt tria. videlicet cur obediendum sit. et quibus personis. et quibus modis. Causa siquidem ad obediendum incitativa debet esse tria. videlicet ipsius obedientie bonum et exemplum et commodum. Nempe tantum est obedientie bonum. ut sicut dicit Austinus sup. Beneficii li. viij. Oportuerit ab initio ut homo ibi deo positus alicunde prohiberetur. ut ei virtus esset ipsa obedientia promerendi dominum suum. Quia inquit audeo verissime dicere solam virtutem esse omni rationabili creature agenti sub deo potestate. Primumque et maximum vitium esse timoris ad ruinam ut velle potestate sua. cuius vitium nomen est inobedientia. Hinc etiam dicit Greg. in moral. libro. xxv. Nequaquam arbor illa mala in paradyso extitit quae de homini ne contingere interdixit. Sed ut melius per obedientie meritum homo bene conditus cresceret. dignum fuit ut illum etiam a bono prohiberet. Sola namque virtus est obedientia que menti certas virtutes inserit insertaque custodit. Sola est quae fidei meritum possidet. si ne qua quisque infidelis esse conuincitur.

## De eruditione

etiam si fidelis esse videatur. hec Greg.  
Deniqz tantū est bonum obedientię. ut  
non solum illum hominem primum qui  
est caput omnium hū naturam. sed etiā  
secūdū hominem christuz qui est caput om-  
nium fidelū scđm gratiam. ponere volu-  
erit de in probatorio. vel in schola obe-  
diētig. **Vñ** de ipso dīc apostol **Heb.**  
**v.** Quia cū esset filius dei didicit ex his  
que passus est obedientiam. id est. experi-  
entiam obedientię. ut esset pariter disci-  
pulus et doctor obedientię. **E**xem-  
pla vera multa legimus magnę obe-  
dientię. Et primo quidē Abraam patrē  
fidei nostre cuius obedientiam trino p-  
cepto et graui deus voluit pbare **D**ru-  
mo. scilicet de patrie sue desertione di-  
cens: ut legitur **Gen.** xij. Egedere de ter-  
ra tua et de cognatiōe tua et de domo pa-  
tris tui zc. **S**ecūdo de circumcisio-  
ne dicens. ut legitur in eodem. xxij. Cir-  
cumcidetur ex vobis omne masculinum.  
et circumcidetis carnē p̄eputū vestri zc.  
**T**ertio de filij immolatione dicēs  
in eodem. xxij. Lolle filium tuum vnige-  
nitum quem diligis Isaac. et offer illum  
in holocaustū zc. **P**rimū fuit graue  
p̄ceptū. secūdū grauius. tertiu p̄o gra-  
uissimum. **Vnde** Origenes sic exponit  
illa verba sup **Genesim**. omel. viij. **L**olle  
inquit filium tuum vnigenitum quem  
diligis Isaac zc. Ecce caris ac dulcibus  
appellationibus iterum ac sepe repetitis  
affectus paterni suscitantur. ut amoris  
euigilante memoria ad immolandum fi-  
lium paterna dextera retardetur. et ad  
uersus fidem animi tota carnis militia re-  
pugnet. Et quia semē in Isaac promis-  
sum ei fuerat. fit etiam memoratio nomi-  
nis pueri. ut et p̄missionuz que sub hoc  
nomine facte sūt desperatio subeat. **S**z  
quid p̄ hec? **I**ntuemini p̄ singula quo-  
modo sunt temptationis augmēta. pri-  
us enim dicitur ei q̄ filium offerat. dein  
de q̄ in monte ascēdat. ut dum iter agit  
per totam viam cogitationibus discre-

patur: **E**t hinc vigente p̄cepto. hinc  
vero vnicī affectu oblectante crucietur.  
**P**ropter hoc igit̄ et via iniungit. et ascē-  
sio montis. ut in omnibus his spaciū ac-  
cipiat certaminis. affectus et fides. amor  
dei et amor carnis. gratia p̄sentiu3 et ex-  
pectatio futuro:um. **D**ie autem tertio  
vidit locum procul. hic quoqz sapientiā  
et consilium temptatiōis intueror. **P**er tri-  
duum iter protenditur. quo cursus recur-  
santibus paterna viscera cruciantur. et  
omni hoc spacio tam prolixo pater fi-  
lium intuens cū eo cibum sumeret. totqz  
noctibus puer in amplexibus patris pen-  
deret. pectori ihereret. in gremio cubita-  
ret. **L**unqz pergerent simul. dixit Isaac  
pri: **P**ater mi. **N**onomodo putas imo  
landus filius per hanc vocem viscera pa-  
terna concussit. putas ne alicui vestrum  
ex ipsa historica narratiōe tantū animi  
robur acquiritur. ut cum forte amittitur  
filius morte communi. et omnibus debita  
etiam si sit vnicus et dilectus Abraam  
sibi in exemplu3 adducat. et magnanimit-  
atē eius ante oculos ponat. hec **O**rige-  
nes de magnanimitate Abraç quā fecit  
in eo virtus obedientię. **Vñ** postmodū  
filio liberato et ariete pro eo imolato di-  
ctum est ei a domino: **P**er memetipsum  
iuraui. qui fecisti rem hanc et nō peperc-  
sti filio tuo vnigenito propter me. bene-  
dicam tibi et multiplicabo semen tuum si  
cut stellas celi zc. quia obedisti voci meę  
**D**inc etiam de ipso dicit **H**edulinus in  
carmine pascalili. p. **V**iusti mēs sancta  
viri pietate remota. **P**l̄ pietatis habēs  
contemplit vulnera nati: **A**mplex p̄  
cepta dei. **A**liud exemplū habemus po-  
tissimum. ipsum dominum Iesum Chri-  
stum. qui eam docuit non solum verbo.  
sed etiā exemplo. et in mundum veniens et  
in mundo manens et de mundo transiēs  
**D**e primo dicit **Job.** vi. **D**escēdi  
de celo non ut faciam voluntatem meā.  
sed voluntatem eius qui misit me. **V**inc  
etiam per obedientiam virginis intravit

# Filiorū regalium

quia statim in uterum eius per angelum missō obediuit eius dicens: Ecce ancilla domini **z.** **D**escdō dicit in eodem iiii. **M**eus cibus est ut faciam voluntatem patris mei. **D**etercio dicit in eodem. **viiij.** Ut cognoscat mundus quia diligo patrem. et sicut mandatum dedit mihi pater. sic facio. surgite eamus hinc scilicet ad locum passionis. **H**inc 7 apostolus ad **Phil. ii.** **H**umilianit inquit semetipsum fact⁹ obediens vscq; ad mortem. mortem autem crucis. **N**uis obediens finalis pretendit mysterium. q; inclinato capite emisit spiritum. vt legitur **Joh. ix.** **E**t hęc duo potissima exempla sufficient modo. scilicet unum de veteri testamēto et alterum de novo. **T**erterium exemplum generale habem⁹ in omni genere creature. excepto demone et homine. qui maxime propter sensu rationis deberent obediēre. **N**am de angelis dicitur ad **Heb. p.** Omnes sūt administratōrē spiritus. **A**nde **Daniel.** vii. dicitur. q; milia militum ministrabāt ei. **D**esole et luna et alia creatura celesti. dicitur alibi. q; pręceptum posuit et non preteribit. **D**e venti et mari dicit **Math.** viii. **V**enti et mari obediunt ei. **P**ateria vero dicitur in psalmo. Ascendūt mōtes et descendunt campi **z.** terminum posuisti eis quē non transgredient. **U**nde **Ambro.** Non mediocris est inquit pudor insensibilia elementa imperio dei parere. et homines nō obediēre. quibus tribut⁹ est sensus ab ipso auctore. **D**ec de exemplis obediētię. **C**ōmoda vero obediētię sunt multa. **P**rimū scilicet q; ipsos obediētes christi fratres efficit. sic ipsem dicit **Math. xij.** Qui cunq; fecerit voluntatem patris mei qui in celis est. ille meus frater et soror est. **S**cđm q; christum in hospitio mensis recipit. q; signatum est in hoc q; ipse Christus in berhania. et in domo **S**imoni hospitē se pr̄ebuit. vt legit **Joh.** xij. **S**imon enim interpretatur obediēs.

et berhania domus obediētię. **T**ertium est q; ipsa obediētia eos a libidine proprię voluntatis castificat. fm illud. **j.** **P**etri p. **A**nimas inquit vestras castificantes in obediētia charitatis. **Q**uartū est q; de hospitib⁹ spiritualib⁹ vel etiam corporalib⁹ triumphant. fm illud **P**rouerb. xxi. **V**ir obediens loquetur victoram. **Q**uintū est q; eos intus et extra pacificat. fm illud **P**rouerb. xiiij. **Q**ui timet pręceptum in pace versabitur. **S**extū est q; eos ad contemplationem celestium preparat. fm illud **Esaie. lvij.** **S**i glorificaueris dñm. dum non facis vias tuas. et non innenitur voluntas tua. ut loquaris sermonem. tunc delectaberis sup domino. et sustollam te super altitudinem terrę. et cibabo te hereditate Jacob patris tui. **S**eptimum est q; eos ad vitam eternam introducit. fm illud **Math. xix.** **S**i vis ad vitam ingredi sera mandata. **S**icut enim inobediētia paradisi clauem amisit. sic eam obediētia recuperauit. **U**nde et **S**imoni qđ interpretatur obediens. dictum est a dño. **Math. xvij.** **T**ibi dabo claves regni celorum. **H**oc etiam est notandū. q; obedientia quasi eques vadit in paradisum innīcōdo scilicet alienis pedibus. i. voluntati et sensui alterius. **D**eniq; obediētia plurimas benedictiones assequitur q; proponuntur **Heus. xj.** **S**i obedieritis mādatis meis dicit dominus. dabo plūniam terrę vestrę **z.** **E**t in eodem xxvij. **V**enient super te vniuersę benedictiones iste si precepta eius audieris et custodieritis. benedictus tu in ciuitate. et bene dicit⁹ in agro **z.** **E**cōtra vero sicut obedientia facit hominem seruum dei. sic inobediētia sive voluntas propria seruum diaboli. **P**ropter qđ dicitur **Ecc. xvij.** **P**ost concupiscentias tuas non eas. et a voluntate tua auertere. **S**i enī prestes anime tuę concupiscētię eius. faciet te in gaudiū inimicis tuis. **E**t reuera mir

# De eruditione

est q̄ inobedientia non est omnibus hominibus maxime odiosa. Nam in nobis ipsis experimur assidue q̄stuz sit malum inobedientie. propter qđ de paradiſo in hoc exilium detrusi sum⁹. ubi ⁊ infinitas miseras sustinemus. Tātūq̄ fuit inobedientie malum. ut filium dei per obediētiā oportuerit mori. ppter illud curandum. iuxta illud apostoli Roma. v. Si cut per inobedientiā vnius hominis peccatores p̄stituti sunt multi. ita ⁊ per vni⁹ obedientiam iusti constituuntur multi. Deniq̄ tñ est malum inobedientie. vt criminum maximo cōparetur scilicet idolatrię. iuxta illud Samuelis. j. Regi. xv. Quasi scelus idolatrię est nolle acquiescere. Inobediens enim quia seruus est voluntatis proprię. subiectionē deo debitā sibi in ipsis tribuit. qđ est scelus idolatrię. Vñ dicit Job. xxxi. Si osculat⁹ sum manum meam. qnē est iniquitas magna ⁊ negatio cōtra demū altissimum ⁊ Nam osculari manus suam. hoc est. libidinose facere vel sequi voluntatem propriam. Hinc etiā est illud Aug. paulo ante positum: Primum inquit ⁊ maximum vitium ad ruinam est vti velle potestate p̄pria. cui⁹ vitij nomē est inobedientia. Ceterum propria voluntas in homine omne meritū apud deum etiā boni operis evacuat. Unde iudeis conquerentibus ac dicentib⁹ domino: Quare ieunianimus ⁊ non asperisti. humiliamus animas nostras ⁊ nescisti. id est. nō approbasti: Respondit domin⁹ Esaie. lvii. Ecce inquit in diebus ieunij vestri inuenit voluntas vestra. Hinc ⁊ Greg. in moral. libro. xxxv. Obedientia inquit plerumq̄ si de suo aliquid habeat nulla est. quia scilicet ipsa voluntas propria meritū evacuat. Ideo dicit beatus Bern. super Cant. Grande malum est voluntas p̄pria. qua fit ut bona tua non sint tibi bona. Præterea inobedientia plerumq̄ hominem a dignitate sua deiecit. sicut ⁊ primum hominem deiecit. Exemplū etiā

habetur de Saul. j. Regi. xv. qnē inobedientia deiecit a regno. Anib⁹ Samuele dicitur ei: Quia proiecisti sermonem domini. proiecit te dominus ne sis rex israel. Iterum hominem s̄pē confundit. quia frequenter ei⁹ voluntati ac spei contrariū accedit. fm illud Qsee. x. Confundetur israel in voluntate sua. Vñ et dicitur Esaie. xl v. Q̄ cōfundentur omnes q̄ repugnant ei scilicet domino. Deniq̄ sicut obedienti p̄ponuntur plurimę benedictiones. sic ⁊ inobedienti plurimę maledictiones Deut. xxviiij. Si audire inquit nolueris vocem domini ut facias omnia mandata eius. venient super te omnes maledictiones iste. ⁊ apprehēdet te: Maledictus eris ī cīnitate. ⁊ maledictus in agro. Maledictum horreum tuum ⁊ maledictę reliquę tuę. Maledict⁹ fructus ventris tui ⁊ fructus terre tue. armenta boum tuorum ⁊ greges ovium tuarum. Maledictus eris ingrediens ⁊ maledictus egrediens ēc. hec omnia dicit beatus Bern. in sermone vbi supra.

## Quibus obediētiā debeat exhiberi. Cap XXIX

**D**rimo igitur ⁊ super omnes obediētiā est deo. sicut dicit Petrus Act. v. Obedire inquit oportet deo magis q̄ hoib⁹. Unde si p̄cipiat homo quicunq̄ contrarium deo. nullatenus obediētiā est ei. fm illud Ecc. viij. Non te subiicias homini. p̄ peccato. Alioquin iam obediētiā non esse probatur. Nq̄ sic diffinitur. Obedientia est animi deliberati in iste iussionis effect⁹. Hinc ⁊ Greg. vbi supra. Nq̄ inquit per obediētiā debet malum fieri. sed aliquando debet per obediētiā bonū etiā qđ agit intermitti. hec Greg. Malum autem vel peccatum recte dicit q̄cqd voluntati diuinę aduersatur. Vñ Aug. contra Faustum li. ij. Peccatum inquit est dictum vel factū vel concipiū cōtra

## Filiorū regalium

ccxx

legem eternam. **L**ex autē eterna est ratio  
divina sine voluntas dei. ordinē natura  
lem obseruari iubēs. perturbari vetans.  
**E**t ut dicit **H**iero<sup>2</sup> ad **T**elantia: Non  
indiget de<sup>2</sup> nostro obsequio. sed nos in-  
digemus illius imperio. **N**ā data siqdē  
eius super aux<sup>z</sup> z lapidē preciosū sunt de-  
siderabilia. qm̄ in custodiēdis illis retrī-  
butio multa. **O**bediendū igitur est ei p̄-  
cipue in p̄ceptis ac prohibitionibus de-  
calogi. quib<sup>2</sup> spiritualiter intellectis. ut  
alibi super<sup>2</sup> ostensū est. phibetur omne  
malū z p̄cipitur esse bonum. **P**orro nec  
plato nec patri carnali. nec vlli etiā hoī  
est obediendū nisi fm̄ deū z ppter deum  
qui est principiū z finis omnū. **A**n etiā  
sic diffinitur obedientia fm̄ **H**ugonem  
**O**bediētia inqt̄ vera est. p amore dei ser-  
uare mandatū. **H**inc z aplis **Eph.** vi.  
**F**iliū inqt̄ obedite parētib<sup>z</sup> vestris i dño  
i fm̄ dñm. **Q**d̄ etiam exponēs **H**iero<sup>2</sup>  
ita dicit. **V**trisq; parentibus. i. spūalib<sup>z</sup>  
z carnalib<sup>z</sup> obediendū est in dño. in his  
que non sunt cōtraria domini volūtati  
sue bñplacito. **I**taq; de obedientia spi-  
ritualib<sup>z</sup> patribus. i. platis exhibēda. di-  
cit aplis **Heb.** xiiij. **O**bedite p̄positis  
vestris z subiacete eis. ipsi enī perwigilāt  
quasi rationē pro animabus vestris red-  
dituri. ut cū gaudio hoc faciant z nō ge-  
mentes. hoc enī nō expedit vobis. **H**ic  
z ipse aplis secure p̄cipiebat his quorū  
erat apostol<sup>2</sup>. **V**erbi gratia. j. **Cor.** xj.  
**H**oc autē inquit p̄cipio. **E**t ad **Phile-**  
**mōnē**. **M**ultā inqt̄ habens fiduciam in  
christo **J**esu i p̄erādi tibi qd̄ pertinet ad  
rem magis obsecro. ppter charitatē. **N**ā  
ut idem apostol<sup>2</sup> dicit. j. **Thimoth.** v.  
**Q**ui bñ p̄sunt p̄sbyteri duplii honore  
digni sunt. maxime qui laborāt in p̄bo  
z doctrina. **H**onore inq; duplii vi-  
delicet spūali z temporali. **S**pūali qdē  
ut eis obediāt. z temporali ut eis necessa-  
ria ministrent. **B**ene autē p̄sunt subdit<sup>z</sup>  
ez instructioni ac regimini sollicite ite-  
dendo. z pro eis apud deū intercedēdo

Nec hoc ideo aplüs dicit quin et malis  
platis. i. male viventibꝫ obediendum sit.  
**Sic**. n. p̄cipit a dñō Math. xxiij. Su-  
per cathedrā inquit Moysi sederūt scri-  
bē et pharisei: Qia ḡ q̄cunq̄ dixerint vo-  
bis seruate et facite. h̄m opera vero eorū  
nolite facere: Dicūt enim et non faciunt.  
**Ibiq̄** dicit glosa. q̄p obediendū est eis  
pp̄ter cathedrā non pp̄ter vitaꝫ. In his  
ergo q̄ne ptinent ad cathedrā obedien-  
dum est eis indifferenter. s. bonis et malis  
tanq̄ christi vicarijs. **Va** hac enim parte  
christo ī eis obeditur. et ab inobedientibꝫ  
christ⁹ in eis spernit. sicut dicit ab ipso  
**Luc. x.** Qui vos audit me audit. et qui  
vos spernit me spernit. Et licet clerici te-  
neantur artius obedire mandatis p̄pla-  
torum. utpote qui penitus et q̄stū ad p̄-  
sonas et q̄stū ad possessiones ecclesiasti-  
cas sunt de foro ipsoꝫ. tñ etiā laici tenē-  
tur eis obedire in omnibus q̄ pertinet ut  
dictū est ad officiū suū. qđ principalit̄ ac  
primo debent exercere circa correctionē  
atq̄ salutem animarꝫ. secundario autem  
circa discretam et vtilem dispensationē  
rex ecclesiasticay. **S**i p̄ciperet aliquid  
platus clero vel laico contra rationem  
non teneretur ei ad h̄mōi obedientiam.  
**Añ** et papa cum aliqd solet p̄cipere  
rationē assignat p̄cepti vel ibidem vel  
alibi. Porro de obedientia parentibus  
carnalibus exhibēda. dīc aplüs ad **Col.**  
ij. Fili⁹ obeyte parentibus per omnia  
scz in quibꝫ debet eis obedientia. **N**ā et  
parentes fili⁹ tenent in duobꝫ bñficijs.  
scz in p̄uidendis necessarijs corporis. et  
disciplina religionis. De primo dīc apo-  
stolus **Eph. v.** Nemo vnḡ carnē suam  
odio habuit. sed nutrit et fouet eam. De  
secundo dicitur ibidem. v. Educate illos  
in disciplina et correctione dñi. Sic et fi-  
li⁹ debent parentibus duplē obediētiā  
vnam scz in his que sunt ipsoꝫ parentū.  
aliam vero in his que pertinent ad dñm  
**D**ūma consistit ī tribus. h̄m illud **Ecc.**  
ij. Qui timet dñm honorat parentes. et

## De eruditione

quasi dominis seruit bis qui se gennereunt. Et in quibus eis seruire debeat exprimitur cum subiungitur: In opere ac sermone et omni patientia. In opere scz necessaria illis administrando. in sermone preceptis eoz mentis consensum adhibitus verbis exprimendo. et in omni patientia scz eorum corruptiones atqz flagella patienter sustinendo. Secunda consistit in tribus scilicet in credēdis et agendis et cauendis. Sic enim exponit in glossa illud qd dicit apostolus ad Eph. vij. Filij obedite parentib⁹ in domino. i. fidei et iusticiam domini. que scilicet iusticia habet duas ptes: declinare a malo et facere bonum. Debent itaqz parentes simpliciter docere filios fidem et iusticiam. i. quid credant. quid faciant. et a qbus caneant. Et illi tenentur hoc ab eis suscipere et obedire. alioquin nō erūt immunes a crimen. In hoc enim non solū parentibus sed etiam deo inobedientes sunt et peccant criminaliter ex quo ad annos discretionis pervenerūt. Unde dicit Aug. in libro confessionū. ij. recolens statū adolescētis suę. Non ebatur inquit me mater mea cum ingenti sollicitudine ne fornicarer. et maxime ne adulterer. qui mihi monitus mulieres videbantur qbus obtemperare erubescerem: Illi aut tui erāt deus meus. quia per eam tu mihi non tacebas. et in illa contemnebaris a me filio eius. Hinc etiam inobediētia humā quondam in lege puniebatur morte. sicut precipitur Deut. xx. Si genuerit homo filium contumacem et protervum qui non audiat patris et matris imperiū et coertitus obediēre contēpserit: apprehendant eum et ducent ad seniores ciuitatis illius ad portā iudicij. dicentqz ad eos: Filius noster iste ppterius et psumax est. monita nostra audire contemnit. cōmissionib⁹ vacat et luxurie atqz conniuīs. lapidibus eū obruet plus civitas et moriet. Sup illo quoqz verbo apostoli ad Eph. Filij obedite parentib⁹ in

dño. dicit glossa q̄ h̄ est preceptū legis. s. Exodi. xx. Honora inquit patrē tuū et matrē tuā. ut sis lōgeus sup terrā. Obedientia ḡ debet parentib⁹ ex p̄cepto. et inobedientia est rās gressio. Hinc et aplūs ipse numerat eam inter crimina. Dicens Roma. j. Parētib⁹ nō obediētes zc. et postea: Qui talia inquit agūt. digni sūt morte. Ibiqz etiā dicit glossa. q̄ parētib⁹ non obedientes feris sunt indomitiores. Econtra vero filij Rechab multū comēdant a dño. q̄i obediēnūt Jonadab patrī suo. p̄cipiēti. s. vt vīnū imp̄petūnū nō biberent. nec edificarēt nec plantarēt sed in tabernaculis habitaret. vnde dicitur est eis a dño Hieremij. xxv. Pro eo q̄ obediētis p̄cepto Jonadab patrī vestrī et custodistis oīa mādata eius. non deficiet de stirpe ipsius stans in cōspectu meo cūcī dieb⁹. Et revera libētē obediēndū est patri. cui⁹ nomē dulce deriuatū siue translatū est a patre c̄lesti. fī illud apostoli Eph. ij. Nlecto genua mea ad patrē dñi nři Jesu christi ex quo omnis paternitas in celis et in terra nominatur. Que aut bona. pueniāt ex honore parentū et obediētia iam alias ostensū est supra. Sicut aut filij debēt parentib⁹ obediēre. sic et illi debēt filijs cū modestia p̄cipere. Un postqz dixit aplūs Eph. vij. Filij obedite parentib⁹ zc. subiungit: Et vos patres nolite ad iracūdiā. puocare filios vestros. Qd exponēs Hiero⁹ dīc. Peccatū filiorū est parentib⁹ nō obediēre. peccatū vero parentū. filios lactentes ad iracūdiā. puocare. aut certe iā adolescentib⁹ et maturioris etatis ea q̄ grānia sunt imperare. Itaqz sicut in filijs obsequium. sic et in parentib⁹ moderatū inbeetur imperiū. ut se nouerit illis p̄cessere nō quasi seruis. sed quasi filijs. hec Hiero⁹. Unū est aut in q̄ sibi mutuo tenēt ex debito parentes et filij in exhibitiōe s̄bsidiorū que sūt necessaria corpori. Un aplūs. j. Thimoth. v. Si qua inq̄t vidua filios aut nepotes habet; discat p̄mum domū

# Filiorum regalium

suā bñ regere et mutuā vicē parētib⁹ redere. Siq⁹ aut̄ suop⁹ et maxime domesti corū curā nō habet fidē negauit. et est infideli tēterior. Preter hoc etiā obeviendū est pncipib⁹ ac iudicib⁹ tam ecclesiasticis q̄ s̄ecularib⁹: Unicuiq⁹ ab illis qui sūt de foro ipsius fm illud apli Ro. xiiij. Dis aia potestatib⁹ sublimioribus subdita sit. Nā qui resistit potestati. dei ordinatiō resistit. Qui aut̄ resistit. ipsi sibi damnationē acquirit. Nā pncipes nō sūt timori boni opis. sed mali. Itaq⁹ seruāde sūt eo y leges. et instituta et p̄suetudines. Vñ Lullius in li. i. de legib⁹. Justicia inq̄test obtēperatio legib⁹ scriptis et p̄ploꝝ institutis. Hic et Virgili⁹ in georgicis li. iiiij. Est legū seruāda fides summa voluntas. Qd mādat fieriq⁹ iubet parere necesse est. Hic et Greg. naçācen⁹ in quodā sermone. habito corā imperatore. Subiecti sum⁹ inquit deo et inuicē nobis. ac potestatib⁹ terrenis. Deo qdē ppter oia. nobis inuicē ppter charitatē. pncipib⁹ aut̄ ppter quietem et disciplinā. Ecce q̄ decet nos obedire nō solū ill⁹ q̄bus tenemur ex p̄cepto. s. superiorib⁹. sed etiam paribus vel etiā inferioribus. in qd̄ dicit Petr⁹ in. j. ii. Subiecti estote omni humanae creature ppter deū. Ut enim dicit beatus Bern. in li. de p̄cepto et dispensatione. Illa nō est obediētia perfecta que p̄cepti finib⁹ est cōtēta siue limitata. Deniq⁹ serui tenent obedire dñis carnalibus sicut p̄cipit aplus Epb. vi. Et similit⁹ Petr⁹ i. j. ii. Serui inquit subditi estote ī omni timore dñis nō tm̄ bonis et modestis fetiā dischol.

## De septem gradibus in modo obediendi.

Cap XXX

**O**dus autem obediētiae continet. vii. gradus quos ī sermone de via vite prosequit⁹ btūs Bern. videlicet ut obediāt libēter

simplicit̄. hilarit̄. velocit̄. virilis. hūilit̄ in definiēter siue p̄seueranter. Itaq⁹ pri-  
mus grad⁹ est obedire libent̄. Omnis enim voluntas hominis ab adolescētia pna est in malū. quoniā ab illa prime p̄varicationis angustia innatus est homi-  
ni amor p̄prie voluntatis. que voluntatē  
creatoris relinquēs ibi subiecta est serni-  
tuti. vbi voluit dñari. Nōlibet tñ gue-  
sit nō pōt primū obedietiē gradū ascen-  
dere. qui voluntatē p̄cipientis nō fecerit s̄  
suā. Ex voluntate igit̄ suscipieada sunt im-  
peria maior. et ipsū cor a voluntarijs refle-  
ctionib⁹ suis abducēdū. donec p̄pria vo-  
lūtate diligat imperātis mādatū. hoc ē  
enī libēter obedire. voluntatē imperantis  
voluntarie adimplere. hec Bern. de p̄mo  
gdu. Hec ē quā dixi s̄ filialis obedietia  
q̄ nō placēt deo coacta seruitia. Ande  
ps. Voluntarie inquit sacrificabo tibi.  
Super hoc exēplū nobis p̄ebuit christ⁹  
in semetipso q̄ delectabat in obedientia  
tanq⁹ in cibo. iuxta illud Job. iiiij. Me  
inquit cibis est ut faciam voluntatē ei⁹  
qui misit me. Similiter et Paulus q̄ sta-  
tim audita voce domini. dixit ei. sicut le-  
gitur Actj. ix. Dñe qd me vis facere: Ec-  
ce q̄ libenter se offerebat obedientiē. pa-  
ratus facere quicquid ille vellet p̄cipe  
ac si diceret: Paratū cor meū de⁹. para-  
tum cor meū. Vñ xbū illud sic exponit  
alibi btūs Bern. Q̄ inq̄t verbū breue. s̄  
plenū et viuum et efficax: Dñe qd me vis  
facere. q̄ pauci reperiuntur in hac for-  
ma obedientiē. q̄ nō qd ipsi et quid dñs  
velit oī hora requirāt. dicētes sine inter-  
missione. dñe qd me vis facere. Hen plu-  
res habem⁹ imitatores illi⁹ euangelici ce-  
ci q̄ apostoli. quorum pusillanimitas et  
pernitas exigit ut ab eis oportet quogri  
quid vis ut faciā tibi. discernūt et eligunt  
in quib⁹ obediāt imperāti. imo in quib⁹  
p̄ceptorē suū obedire necesse sit corū vo-  
lūtati. hec Bern. Ecōtra x̄o dīc Ang.  
in li. cōfessionū. x. Optim⁹ dñe minister  
tu⁹ est q̄ nō ituet hoc audire a te qd ip̄e

## De eruditione

voluerit sed potius velle quod a te audiatur. Hinc etiam dicit Lucanus. Tu que quid in beare velis. Ut enim dicit phus Si inuitus pares seruus es si volens liber Et ut dicit Terentius comicus. Nulla est tam facilius res quoniam difficilis sit dum facias inuitus Secundus gradus ut dicit beatus Berninus est obtemperare simpliciter. Multos inquit videmus post preceptum imperium multas facere questiones. ut quare hoc preceptum sit. unde hoc venit. cuius consilium hoc inuenit. inde murmuratio. inde frequens excusatio. impossibilitatis simulatio. amicorum aduocatio. Non sic Abraam fecit. sed simpliciter obedivit. hec ille. Hinc et apostolus ad Philip. iij. Omnia inquit facite sine murmuratione Itaque verus obediens erga suum preceptorum se habere debet. ut quis vel iumentum. s. ut simpliciter eius voluntatem sequens ducatur ad eius libitum. Nam illud propositum. Ut iumentum inquit factus sum apud te. et ego semper tecum. Hic et alibi dicit ad dominum. Deduxisti sicut oves populum tuum in manu Moysi et Aaron. Tertius inquit gradus est. obedire hilariter. Hilariter enim datorem diligit deus. non ex tristitia inquit aut ex necessitate. Itaque serenitas in vultu. dulcedo in sermonibus multum colorant obedientiam obsequientis. Econtra vero nubilosa corporis compositione. et facies tristis tenebris obscurata. denotione vel hilaritatē ab anno recessisse significat. Unde poeta. Super omnia rultus accessere boni. hec ille. Hinc et propositum. Paratus sum et non sum turbatus. ut custodiā mandata tua. Itaque qui obediunt in tristitia similes sunt Simonis cyreneo qui crucem ferebat in angaria. sicut legitur Math. xxviij. Talis erat obedientia demonum. qui iubente domino coacti ac tristes exhibant de corporibus obsecrū. Sed deo non placet demoniaca obedientia. sicut nec canina patientia. Quartus inquit gradus est obsecundare velocius. Nam velociter currat sermo eius. et

velocez desiderat habere sequentem. Unum viam inquit mandatorum tuorum curri. cum dilatasti cor meum. hec ille. Hinc Petrus et Andreas ad primā vocationem continuo relicitis retibus et nauis secutis sunt salvatorem. ut legitur Math. iiiij. Idem ibidem habetur de Jacobo et Iohanne. quod scilicet secuti sunt eum statim relictibus retibus et patre. Ut enim dicit beatus Ambrosius. Nescit tarda molima spiritus sancti gratia. Unum beatum Berninum. ubi supra. Fidelis inquit obediens nescit moras. crastinum fugit. precepit enim spiritus. parat oculos visum. aures auditum. linguam vocis. manus operi. pedes itineri. totum se colligit ut voluntatem compleat imperantis. hec Berninus. Et hoc est quod dicit Proverb. xv. Mens iusti meditabitur obedientiaz. Exemplum quoque de obedientis velocitate ponit Berninus. de Zacheo. cui dictum est a domino. sicut legitur Luc. ixij. Zachee festinans descendit. quia hodie in domo tua oportet me manere. Qui festinans descendit. et illum gaudens accepit. Hinc etiam dicit Proverb. xxij. Vidisti hominem velocem in opere suo coram regibus stabit. nec erit ante ignobiles. Quintus inquit gradus est. adimplere viriliter. in contra illud propositum. Viriliter inquit agite et confortetur cor vestrum ecce. Sic christus viriliter obediuit patri. ita ut pro obedientia non recusauerit mori. Valuit enim amittere vitam quam obedientiam. Ideoque factus est obediens usque ad mortem. etiam ignominiosam. Unde et beatus Berninus. viros perfectos ac religiosos ibidem ad simile horatur hoc modo. Non est inquit fortitudinis vel ad iobedientiam ire. vel ab obedientia abduci. Itaque si tribulatio intonat si persecutio resultat. si maligni tuus iter impedit. tu obedientie viam non deseras. sed dicas. Paratus sum et non sum turbatus ut custodiā mandata tua. Sextus inquit est obedire huiusmodi videlicet ne de fortitudine opis eleveris. sed cum oīa

# Filiorum regalium

beneficerimus dicamus; Servi inutiles sumus qđ debuimus facere fecim⁹. Hoc precipitur a domino **Luc.** xvij. **N**ū inq̄ feceritis omnia quę precepta sunt vobis dicate zc. **S**eptimus inquit est obediens inde sinenter. **I**ncipere siquidem est multoꝝ p̄seuerare paucogꝝ. hec **Bern.** **H**oc est qđ dicit apostolus. i. ad **Cor.** ix. **Q**ui in stadio currunt omnes quidē currunt sed unus accipit brānum. **S**ic ergo inquit currite scilicet perseveranter ut comprehendatis quia qui perseveraverit usqꝝ in finem hic saluus erit. ut legitur **Math.** x. **H**ec de obedientia filia li quę debet superiore exhiberi.

## De moralī compositione.

Cap XXXI

**D**erro de compositione morali quā debet obseruare q̄li beti seipso dicit beatus **Bern.** in supradicto sermone de apostolis **P**etro et **P**aulo. Ordinabiliter debes vine re ut in omni conuersatione tua vias tuas sollicitus sis obseruare et in conspectu dei et in conspectu proximi cauens et tibia peccato et illi a scādalo. hec **Bern.** Et hanc ordinationem facit duplex disciplina scilicet interior ad seipsum et exterior ad proximum. Interior disciplina consistit in humilitate ac benignitate patientia et charitate ceterisqꝝ virtutibꝝ de quibus alias dictum est superius. Exterior autem cōsistit in decenti compositio ne membrorum. De quibꝝ **Hugo** in libro institutione nouitiorum. **D**isciplina inquit est membrorum omnium motus ordinat⁹ et dispositio decens in omni habitu et actione. **D**isciplina est compes cupiditatis malorum desideriorū carcer frenum lascivie elationis iugum vinculum iracundie quę domat intemperiam levitatem ligat et omnes inordinatos motus mētis atqꝝ illicitos appetit⁹ suffocat. **S**icut enī de incōstantia mētis

nascit inordinata motio corporis ita qđ dum corpus per disciplinaz stringit animus ad constantiam solidatur. **E**t paulatim intrinsecus mens ad quietem componit. cū per discipline custodiam mali motus eius fluerent non sinuntur. **I**ntegritas ergo virtutis est quādo per internā mentis custodiam ordinate regūtur membra corporis. **S**ed qui statū mentis perdit foris in inconstantiā motionis defuit. **V**n per Salomonē dicit: **H**ō apostata vir inutilis graditur oꝝ peruerso annuit oculis terit pede digito loquitur prauo corde machinat malum. et in omni tempore iurgia seminat huic extem plo veniet perditio sua zc. **L**iganda ergo sunt foris per disciplinā membra corporis ut intrinsecus solidetur status mētis. **O**mnia namqꝝ vitorum mot⁹ disciplina coercet et qđtū mala desideria foris coercendo comprimit tantū per eū bonum desiderium interius conualescat paulatinqꝝ eadē virtuqꝝ forma per cōsuetudinem menti imprimitur quę foris per disciplinam in habitu corporis cōseruantur. hec **Hugo**. Ex quibus patet qđ restrictio sive compositio membrorum exteriorum non parum valet ad custodiā sive disciplinā interiorum. **P**lurimum quoqꝝ valet ad scandali vel offendit aspectum et ad proximorum edificationē. **A**nde **Aug.** in regula clericorum. In incessu statu motu in omnibꝝ motibus vestris nihil fiat qđ cuiuscqꝝ offendat aspectum sed qđ vestram deceat sanctitatē. **U**t autē dicit **Hugo** ubi supra. In quattuor p̄cipiū conservanda est exterior disciplina videlicet in habitu in gestu in locutione in comeditione hec **Hugo**. **H**abitus quidem nec nimis debet esse neglectus nec ultra modum curiosus sed statui cuiuslibet personae cōgru⁹ v'lidone⁹. **N**ā ut dicit **Hugo** de folieto in libro de clauistro anime. ij. **D**iversitas esse debet inter indumenta palati et monasterij. Qui enim mollibus

# De eruditione

vestimentis in domibus regum sunt. Denique molles inquit querunt mollia. elati preciosa. delicata speciosa. hec ille. Verum audiant ut dicit Hugo de sancto Victore in li. de nouiorum institutione. qui mollibus ac delicatis et curiosis vestibus induuntur. quod ille dines qui in euangelio purpura et bysso induitur. postea in tormentis inferni eternaliter cruciandus se pelitur. Quid autem inquit in purpura nisi color et precium. et quid in bysso nisi mollices reprehenditur? Cum ergo carni sua et in purpura decorem. et in bysso molliciem adhibuisse dicitur. proculdubio simul superbis et luxuriosus fuisse comprobatur. Non solum autem obseruandus est discipline modus in genere vestis et colore. sed etiam in formatione siue factura et coaptatione. Nam sunt quidae stulti qui vestimenta circa se componunt. Alij vero maiori scurrilitate ridicule trahuntur. Alij autem ut pompam de se faciant explicant ea. et certum possunt latius distendunt. Alij ipsis corrugata in unum colligunt. Alij cotorquentes et complicantur inuolunt. Alij conamine toto stringentes et vindentes. ea omnia corporis sui liniamenta. innerecumdissima quodam turpitudine aspiciuntur numerada exponunt. Alij iactando panos suos levitatem sua mentis ex ipsa sui habitus mobilitate ostendunt. Alij vero incendentes sinuoso sirmate terram vertunt et limbis dependentibus. imo retro consequentibus caudis in similitudinem vulpium vestigia sua obducunt. Hestus quoque sex modis inuenit reprehensibilis. Hollis namque significat lasciviam. dissolutum negligentiam. tardus pigritiam. citatus inconstantiam. procas superbiam. turbidus iracundiam. Itaque singula membra suum teneant officium neque usurpent alium. ut scilicet id agat unum quodque membrum ad quod factum est. ut neque loquat manus. neque os audiat. neque oculus lingue officium assumat. Sunt enim qui-

dam qui non buccis patetibns ausculta re nesciunt. et quasi per os sensus influe re debeat. palatum ad verba loquentis aperiunt. Alij quodque adhuc peius est agendum vel audiendo quasi canes sitientes linguam protendunt. et ad singulas actiones velut in ollam labia torquendo circunducunt. Alij loquentes digitum extendunt. supercilia erigunt. et oculos in orbem rotantes aut profunda quadam consideratione defigentes cuiusdam intrinsecus magnificentem conatus ostendunt. Alij caput iactant. comam excutiunt. vestimenta adaptando componunt et latera. pedesque extendendo. ridiculam satis ostentationis formam fingunt. Alij quasi ambae aures ad audiendum facte non sint alteram tantum collo detorto voci venienti opponunt. Alij typum nescio quem figurantes. oculum interadundant. aliud claudunt aliud aperiunt. Alij maiori ridiculo cum medietate oris loquuntur. Sunt preterea mille larvae. mille subsannationes et corrugationes narium. mille valgia et contortiones labiorum que pulcritudinem faciei et decorum discipline deformant. Alij nauigant brachiis incidentes. et duplii quodam monstro uno eodemque tempore pedibus deorsum in terra ambulant. et lacertis sursum in aere volant. Quod et queso monstrum hoc. quod simul in se fingit et hominis incessum et nauis remigium. et avis volatus. libet in hoc poetice illius subsannationis elogio proclaimare Humano capiti cervicem pictor equinam. Juggere si velis et varias induere plumas. Itaque sic virus quisque in actu suo se dirigat et moueat. ut in nulla vnoque parte te perantie limite aut formam honestatis exceedat. Hoc est ut in paucis exemplificem. Ridere sine apertione ventuum. videre sine defictione oculorum. loqui sine extensiōne manuum et itatōne digitorum. sine pretentiōne labiorum. sine extensiōne et iactatiōne capitis. sine eleuatione supercilioꝝ. Incendere sine modulatione gressuum. sine vētilatiōne brachiorum.

# Filiorum regalium

sine gesticulatione scapularum. Sedere sine diuariatione crurum. sine alterutrum superiectione pedum. sine extensione vel agitatione tibiarum. sine alterna accubitatione laterum. iacere sine disunctione membrorum. Et ut tandem de hac parte finem loquendi faciamus. gestus hominis in omni actu esse debet gratus. sine mollitie. quietus sine dissoluzione. granis sine tarditate. alacer sine inquietudine. maturus sine protervia. et seuerus sine turbulentia. Nolle enim gestum temperat turbidus. procaceus dissolutus citatum tardus. quoniam inter virtutia contraria. limes medius est virtus. Porro in locutione res quinq[ue] sunt considerande. hoc est quid dicatur. et cui. et quando. et ubi. et quod. Quid videlicet ut nunquam in sermonibus disciplinatis adhibeat ociosum. id est. inutilia vel in honesta vel nociva. Inutilia sunt que nec loquentibus nec audiētibus prosunt. In honesta sunt que illius qui loquitur vel illius de quo loquitur dignitati non conueniunt. Quocum vero sunt quās auditor vel ad errorem vel ad prauitatem inducūt. Hec tria discerni possunt secundum qualitatem rerum ac personarum. Qualitas personarum quattuor modis consideratur. vide licet secundum etatem. secundum scientiam. secundum officium. secundum ordinem. Aliud enim conuenit locutionibus senum. aliud iuuenium. et ita de alijs. Genes quippe loqui debent de discretione bene consilendi. Junenes de instātia beneficiendi. Sapientes de mysterijs scripturarū. Simplices de exemplis bonorum operum. Hi qui exteriora tractant negocia. de sollicitia acquirendi. Hi qui quietam vitā ducunt de disciplina vivendi. Prelati. de pūnione subditōrum. Subiecti de obedientia preceptorum. Ceterum velle docere sapientes est superbia. et corripere obstinatos insipientia. Deniq[ue] in mensa sive in comeditione duplex est custodia discipline. scilicet in habitu et in cibo. In habitu triplex. scilicet

excendi. respiciendi. sese continendi. Lascivitas siquidem inter epulas est necessaria. quia lingua que omni tempore prona ad peccatum labitur. periculosius tamen cum per crapulam inflammata fuerit ad loquendum relaxatur. Custodia etiam oculorum. quia non decet ibi precipue. ut imprudenter ea que apud alios aguntur circumstrando prospiciat. sed ut potius pudice. demissis luminib[us] ea tantum que sibi apposita sunt attendat. Custodia quoque continendi sese ibi negligenda non est. quatinus videlicet neque in habitu neque in gestu indecens aliquid aut in honestum agatur. Sicut quidam faciunt qui cum ad edendum assederint inquieta quadam agitatione et confusione membrorum intemperantiam animi sui designant. Caput excutiunt. brachia exercent. manus in altum expandunt. et non sine magna turpitudine quasi totū epulum absorpturi sint quosdam ingentes conatus indecoros gestus ostendunt. In uno loco sedentes oculis et manibus que prope. que longe omnia circumcurrent simul panes comminuunt. Unum in calices et pateras effundunt. Discos in gyrum circumducunt. et velut rex super obsessam ciuitatem assultum facturus dubitant ubi primū expugnationem aggrediantur. dum simul in omni parte irruptionem facere concupiscunt. His ergo tribus modis debet quisque inter epulas conservare disciplinam in semetipso. videlicet ut et linguam suam a loquacitate restringat. et oculos suos a circumspectione cohibeat. ut et cetera membra omnia curmodestia et quiete contineat. In cibo quoque sumendo modum conuenit obseruare. videlicet ut mundo sumatur et temperate. Quidam enim inter comedendum dum scutellas exonerare nolunt. quadrata ferculorum frusta adipem suum segimen sup rotata distillantia mesalib[us] inuolunt. aut sup inicunt donec iter euisceratis interiorib[us] ea que remaserat in pastinū

# De eruditione

locū reponunt. Alij vero bibentes. digi-  
tos mediotenus poculis īmergunt. Alij  
manus vntas ad vestimenta scilicet de-  
tergentes. rursus ad cibaria tractādo re-  
deunt. Alij nudis articulis vice coclea-  
ris olera sua pescantur: ita ut in eodem  
iure et manus ablutionem et ventris refe-  
ctionem querere videātur. Alij semicor-  
rosas crustas et premorsas collyridas ci-  
barijs gustando īfigunt. et reliquias dē-  
tium suorum offas facturi in poculis de-  
mergunt. Sumendum est etiam tempera-  
te. id est. tractim et non cum numia festina-  
tione. nec contra honestatem. nec supra  
necessitatē. Cui minus sufficit iste pūscq̄  
ad turpitudinem edacitatis perueniat in  
superfluitatem offēdit. Cui multū opus  
est. in eo sepe honestas comedendi ledi-  
tur. etiam pūscq̄ ad superfluitatem ve-  
niatur. Ergo ille cui paruz satis est. ma-  
gis superfluitatem caueat. Illi vero cui  
multū opus est. magis ad honestatē at-  
tendat. hec Hugo. Multa quoq̄ alia  
de moderatione gestuum ac regimine ac-  
tuum. et ceteris ad honestatē vitē perti-  
nentibus. superius per diuersos libros.  
ac per diuersa singulorū et librorum capitū  
la posuimus. Ut enim dicit Tullius in  
tusculanario libro. iij. Amplissima om-  
nium est bene viuēdi disciplina. quā vi-  
ta magis q̄ litteris quidam persecuti sunt.  
Et ut dicit Uuidius in libro de arte. iij.  
Magnum opus est mores composuisse  
bonos.

## De vita sociali et eligenda soci- etate.

### Cap XXXII

**O**ceterum de vita sociali  
dicit beatus Bernardus in ser-  
mone supradicto. Socialiter  
debēs viuēre ut amari studeas et amare.  
Blandū te et affabilē exhibere. nec solū  
patienter sed etiam libenter infirmitates  
fratrum sine sociorū. tam morum q̄ cor-

porum supportare. hec Bernardus. Et  
revera vita socialis etiam pueris multū  
expedit. si tamē societas bona sit. Nam  
ut dicit Tulli in libro de amicitia. Nunq̄  
nisi inter bonos esse potest vera societas  
vel amicitia. Ut autem viuat socialiter  
cōcordat etiam natura. qm̄ ut idē ibidē  
dicit. Natura nihil solitariū amat. nec  
aliqd appetentius est sui similiū atq̄ ra-  
pati q̄ natura. Apostol⁹ quoq̄ quos-  
dam inter criminosos numerat. eo q̄ es-  
sent sine affectione. et absq̄ federe scilicet  
sociali. ad Romanos p. Ideo dicit etiā  
Epicurus: Ante circūspiciendum est cū  
qbus edas et bibas. q̄ quid edas vel bi-  
bas. Nam sine amico vel socio viscera-  
tio leonis. ac lupi vita est. Est etiam ip-  
sa societas naturaliter iocunda et grata:  
inxta illud Senece ad Lucilium. Nul-  
lius inquit boni possessio iocunda est si-  
ne socio. Ut autem dicit Tullius in li-  
bro de officijs. i. In quibus eadem stu-  
dia voluntatesq̄ sunt eadem. In his fit  
ut alter altero eque delectetur ut seipso.  
sicq̄ fiat vnum ex pluribus. Deniq̄ non  
solum in domo vel in mensa societas est  
iocunda. sed etiā in via: Juxta illud Ma-  
crobi in libro saturnalium. Comes inq̄  
facundus in via pro vehiculo est. nec so-  
lum est iocunda sed etiā utilis ad multa.  
Unde dicitur Ecclesiastes. iij. Melius  
est duos esse q̄ vnum. habent enim emo-  
lumentum societatis sue. De inde subi-  
git triplex emolumentum q̄ ex societate  
prouenit. videlicet in casu fulcimentum.  
in pace vel quiete solatium vel fomentū.  
in persecutione adiumentū. Hoc est enī  
qd dicit: Si vnum ceciderit. id est. ad ca-  
sum corporalem vel spiritualem tituba-  
uerit ab altero fulcietur. scilicet consilio  
vel auxilio vel solatio. Jux illud. i. Thes-  
sal. v. Consolamini pusillanimes susci-  
pite infirmos. patiētes estote ad omnes.  
Et ad Salathas. vij. Alter alterius one-  
ra portate. et sic adimplebitis legem chri-  
sti. Et alibi: Cū patientia supportantes

# Filiorum regalium

innicem **z.** Econtra vero de solitario. id est societate destituto subiungit **S**alomon. **V**e soli quia cu ceciderit no habet sublenantem id est ipsum a casu erigentem. sicut illud ad **H**eb. xij. **R**emissas manus et soluta genua erigite scilicet ad invicem et gressus rectos facite pedibus vestris ut non claudicans quis erret. magis aut sanet. **P**oste a de secundo emolumento subdit **S**alomon. **E**t si dor mierint duo id est in pace et quiete pariter vixerint sonebuntur mutuo id est mutnis exemplis videlicet bonum facie di et malum fugiendi. **D**e primo dicit **S**eneca **L**ucilio. Cum his versare qui te meliorum facturi sunt et illos admittit quod tu potes meliores facere. **V**inc et **L**erentius in adelphis. **V**itas inquit aliorum iubeo tanquam in speculo inspicere et ex alijs exemplum sibimet sumere. **D**icit etiam **Q**uintilianus in libro. viii. de oratoria institutione. **N**on pruden tis est quod in quocumque optimum est si possit suum facere. **D**e secundo salicet exemplo malum fugiendi patet quod unius increpatio vel flagellatio terrorum incutit alteri: **J**uxta illud **P**roverb. xij. Multato pestilente sapien tior erit parvulus. **V**in in proverbiis sapitum dicitur. **N**on ex alterius virtute sapiens emendat suum. **V**inc et **O**vidius de arte libro. iij. Discite ab alterius. venistimuisse quod relis. **E**t **T**ibullius. **D**olor alterius didicit posse carere suum. **C**ato ubi supra. **Q**ue fugias vita est non bis aliena magistra. **T**andem vero de tertio emolumento adiungit **S**alomon. **E**t si quispiam scilicet homo vel diabolus preualuerit contra unum duo resistent ei scilicet innicem adiuantes et consolantes ac simul pro innicem intercedentes aut orantes. **V**er enim legitur **P**roverb. xvij. Frater qui adiuvatur a fratre est quasi civitas firma. Post illa vero tria emolimenta expressa subiungitur quod funiculus triplex difficile rur

pitur. **E**t appellat triplex funiculus metaphorice predictum triplex emolumentum quod consequitur quis ex competenti societate. **A**el etiam triplicem funiculum vocat **S**alomon societatem trium ac si dicat: **S**i tam multiplex habent emolumentum societatis sive duo coniuentes multo magis tres aut plures. **P**onorum namque pluralitas sociorum producit quod optimum est multitudinem exemplorum ideo ad proficiendum in bono est utilis. **J**uxta illud **C**atonis. **M**ultorum disce exemplo que facta sequaris. **N**ec solum aliquando expedit puero meliores habere socios in moribus vel scientia quos sequatur sed etiam minus propinquos quos magis ac magis precedere nascitur. **J**uxta illud **O**vidij in libro de arte. iij. **L**unc bene fortis equus reserato carcere currit. cu quos pretereat quosque sequatur habet. **D**orro in eligendo socio vel societate necessaria est prudenter et in seruando concordia et in perseverando constantia. **P**rudenter quidem ut eligatur fidelis et moribus habilis vel amabilis et exercitio vel studiis equalis. **D**e primo id est defidelitate oportet quod sit fidelis et in verbo et in commissso. **I**n verbo ne sit mendax quia omnibus recte sapientibus odiosa est mendacitas. **V**nde dicit **E**ccl. xx. **N**on potior est fur quam assiduitas viri medacis. **I**n commissso vero duplice consilij scilicet et rei. **C**onsilij ut non reuelat rei ut non defraudeat. **D**e primo dicitur **P**rover. xj. **Q**ui ambulat fraudulenter reuelat arcana qui aut fidelis est celat animi consilium. **D**e secundo dicit **T**ullius in libro de officiis. iij. Societatis artissimum vinculum est arbitrari magna contra naturam esse hominem aliquod homini detrahere comodi sui causa quam oīa subire incomoda. **D**e fidelis societate ponit **A**lerius lib. iij. exemplū laudabile. **P**amon iqt et phycias Pythagore discipuli fidele int se innixerunt amicitiam ut cu

## De eruditione

alterum ex his **Dionysius** siracusanus tyrannus interficere vellet. et nec tempore ab eo quo priusque periret dominum profecturus ordinaret res suas impetrasset. alter tandem se pro eius reditu tyranno dare non dubitauit. Appropinquante autem prefinita die nec illo redeente. unusquisque stultitiae temerarium sponsorem damnabat. at is nihil se de amici constantia metuere preindicabat. Eodem itaque momento et hora **Dionysio** constituto qui eam acceperat superuenit et admiratus tyrannus amborum animi supplicium fidei remisit. eosque insuper ut ipsum in societatem amicitiae tertium sodalicij gradum reciperent rogauit. hec **Valerius**. Et hoc exemplum consonat verbo superdicto. quod **Ecclesiastices**. iij. legitur. Funiculus triplex difficile rumpitur. **De secundo** autem quod in socio requirendum est. scilicet de morum habilitate vel aptitudine. patet quod pueris precipue tam bonis quam discholis prouidendum est de bona et morigerata societate. bonis scilicet ne malorum exemplis et colloquijs puerantur. et etiam discholis ut bonorum exemplis ad bonum pertinet et maxime quam etas illa ad utrumlibet formabilis est. **Uxtra** illud quod scriptum est. **Cuz** sancto sanctus eris. et cum peruerso querteris. Ideo dicit **Cato**. Proximus esto bonis. si non potes optimus esse. Cum tibi vel socium vel fidum queris amicum. Non tibi fortuna est hominis. sed vita petenda. Precipue quoque inter bonos commendabilis est societas. iuxta illud **Lully** de officijs. iiij. Omnimodum societatum nulla praestatio est. nullaque firmior quam cum boni moribus similes familiaritate coniuncti sunt. Nihil est enim amabilius nec copulatius quam morum similitudo bonorum. Hinc etiam consonat **Mathewus** in libro de **Tobia** dicens. Et redoleat melius iunctura bonorum. Plus namque sapiunt lilia mixta rosis Ecclora vero de societate mala. dic **Plautus** in aulularia. Insipientium et repro-

borum facilius sustinetur odium. quam collegium. Propter hoc in lege prohibetur inungi asinus cum bone. id est. stolidus cum prudente. vel rufus cum obediente. Hinc et **Amos**. iij. Nunquid ambulabunt pariter duo nisi eis conuenient? Qui consonat etiam apostolus. ij. ad **Cor.** vij. dicens: Que participatio iusticie cum iniquitate. aut que societas luci ad tenebras? Que autem conuentio christi ad Belial? Si quidecumque boni plerumque malorum exemplis auertuntur a bono. sicut illud **Ecc. xij**. Qui tetigerit picem inquinabitur ab illa. et qui communicaverit superbo induet superbia. Et etiam colloquio. sicut illud. j. ad **Corinthios**. xv. Corrumptunt mores bonos. colloquia prava. Hinc et **Aug** in libro confessorum. ij. recolens statum iniurietis suum. coquerit se malos socios habuisse. quorum colloquijs depravatur. hoc modo. Tanta inquit societate preceps ibam: ut inter coetaneos meos pudaret me minoris dedecoris. quibus de flagitiis suis gloriantibus. libebat facere non solum libidinibus facti. sed etiam laudis. Quid dignum vituperatione nisi vitium? At ego ne vituperarer vitiosior fierbam. et ubi non suberat: quo admisso perditis equarer: fingebam me fecisse quod non feceram. ne eviderer abiectior: quo eram innocetior: ecce cum quibus comitibus iter agebam platearum babylonie. et in eius ceno volutabar. tanquam in cynamomis et vnguentis. et in eius umbilico quo tenatus herebam me calcabat inimicus inuisibilis. et seducebat me. quia seductilis eram. hec **Aug**. Ceterum in eodem socio plerumque aliqua sunt imitanda et aliqua evitanda. sicut vite super spinas exuberante fructus colligitur. et spina reliquit. iuxta illud **Mathei**. vij. Nunquid colligunt de spinis vuas? Hinc et **Prosper** in libro epigrammatum. Nature quisque proprius non spenis honorem. In quicunque hoium tua nescis amare; Sit tamen prius ut inter

# Filiorum regalium

CElxv

cordia mores. Quis lacus sint pacis federa cum virtutis. De tertio vero quod in socio requiri coenit. scilicet de studiorum vel exercitorum parilitate. dicit Quidius in libro poto. Scilicet ingenij aliqua est concordia inchoata. Et seruat studij federa quos sui. Rusticus agricolam. miles fera bella gerentem. Rectorem dubie nauita puppis amat. Hoc est quod dicitur Ecclesiastes. Omne animal diligit simile sibi. et omnis caro ad similem sui coniungit. Sic et omnis homo simili sibi sociabitur. Et in eodem tempore. Colatilia ad sibi similia conueniunt. Hinc et Symmachus patritius in epistolari suo. Natura inquit gaudet equalibus. et familiare sibi est esse quod simile est. Et ut dicit Seneca in libro de naturalibus questionibus. i. Equa libertas. quod scilicet coenit inter socios. inter nullos magis esse debet. quod inter philosophos. id est. amatores sapientie. Hec de prudentia que in eligendo socia est obseruanda.

## De concordia sociorum et stabilitate. Cap XXXIII

**D**orro de concordia que per obseruanda societate est necessaria. Sciendum. quod inter socios seruit concordia per tria. Primum quidem per humilitatem scilicet ut quislibet aliquando malit credere vel acquiescere socio quod sibi. iuxta illud apud Catanem. Vincere cum possis: interdum cede sodali. Ad hoc necessaria est patientia de qua Gregorius in moralibus. Patientia inquit vera est. que ipsum etiam amat quem tolerat. Contra vero dicit Plautus in aulularia. Res nimis singularis est. hoc parem ferre non paties. Denique vero per taciturnitatem scilicet ut nihil dicat quod grauare debeat comitem. iuxta illud eiusdem. Quod pudeat socios. prudens celare memento. Malus enim iudicatur socius qui ad sociorum accusationem est prionus. Unde et pectus est accusator fratum. i. diabolus a domino. sicut

legitur Apocalypses. Et reuera accusatio pueri quoniam maioris est ponderis quam adulati. iuxta illud Seneca in declamationibus. v. Nihil est inquit pueru teste certius quam ad eos annos puenit. ut intelligat. et non ad eos quibus fingat. Et propter hanc etiam taciturnitatem. s. secreta celandi. dicit Sato. Consilium arcana: tacito cōmitte sodali. Tertio per modum conformitatē iuxta illud Varronis ad atheniensē auditorem. Autem cōcordia. mores ad cohabitātiū oīos formare. Uex ut Ennodius ait. Nemo in altero mores amplexatur nisi quos in se formauerit. In hoc etiam modū seruari oportet. Hec autem virtus qua mores ad cohabitātiū animos formant. moralitas vocatur. que sic describitur. Moralitas est seruata propria virtute iuste ac pie aliorum vite se cōtēperare. Ubi notanda sunt duo. scilicet ut aliorum moribus se conformet. et a virtute propria non declinet. Ideo inquit alijs se conformet. quod sicut dicit Augustinus in libro confessionum. Turpis est omnis pars uniuerso suo non congruēs. Propter hanc etiam idē dicit ad Januariū libro. i. Cum romā inquit Ambrosius venio ieiuno sabbato. cum habui non ieiuno. Sic et tu ad quam fortassis ecclesias veneris ei⁹ morem custodi. si non vis cuique esse scandalum. nec quemque tibi. Ideo autem dixi ne a virtute propria declines. quia et si similitudo corrupta sit in aliquo. nec sic etiam mali mores aliquatinus sunt imitandū. iuxta illud Exodi. xxiiij. Non sequat turbam ad faciendū malū. Unde dicit Hieronimus xv. Conuertentur ipsi ad te et tu non quereris ad eos. Ideo dicitur in pueris sapientia. Interea oīa sine dissimilitate habet pueniat frōs nostra. i. exterior modestia. Hic etiam intelligit illud apostoli. j. ad Corinthus. iij. Oībus oīa factus sum et. Hinc etiam Seneca ad Lucilium epistola. v. Interea bonos inquit et publicos mores temperet vita. s. ut nec nimis sit severa. nec nimis remissa. Hec de concordia in seruando. De stabilitate vero sine constantia in permisso nō dicit Sidonius in epistola suo libro. iiiij.

# De eunditione

Sodales vetustos nūqz p frequentium nouitate fastidias. Ali' enī videberis sic amicis vti quasi floribus quamdiu gratis. **H**uic etiam consonat illud **E**ccl. ix.  
**N**e derelinquas amicū tuum antiquū. nouus enim non erit similis illi. **V**inum nouum. amicus nou'. veterescat. et cum suavitate bibes illud. **H**inc refert **S**uetonius in li. iij. de **A**ugusto cēsare. q̄ amicitias quidem non facile admisit. sed cōstantissime retinuit. Itaqz de tali socio sic eligendo et cum eo proficiendo ac perseverando dicit **H**oeti<sup>2</sup> in li. de scholastica disciplia. **P**rudēs discipul<sup>2</sup> semp aliquo consopte gaudeat cui p̄p̄riam cōscientiam detergere valeat. qui nubila fortuna diligēter subueniat libellis gaudient permutatiꝫ. questūculis certatim commendabili recordatione gradatim. castigationis felicitate connuersim. **E**t sic inter eos mutuę dilectionis integritas permaneat. primū temporis ros instillans. ī medio inundans. in fine vero inebris existat. hec **H**oetius. Nō solum cauendum est pueris a noxio comitatu. sed etiam a pernicioſo famulatu. **V**nde idem quoqz **H**oeti<sup>2</sup> ibidē. Lotricis etiā inquit ac veterularum remotio summopere captanda est. ne dum venerit aliquid suggestat inquinatuꝫ. vel a mancipio extrahat permolitū. qz mancipiorum rara reperitur clemētia. rarioꝫ in agone cōstantia. **N**e autē seducenti mancipio in qua confidit dominantis plenaria dilectio. Seruus bilinguis procul expellatur. et ipsius imminentē nequitia statim deponatur. licet consanguinitate proximus existat. sermoꝫ quippe crudelitate multos vidimus iacturaz incurtere. hec ille. Cauenda est autem in sociali vita et familiaritas nimia et affectio immodesta. Familiaritas inqz inꝫ p̄hm dicente: q̄ familiaritas nimia parit contemptū. Ideo dicit **P**laut<sup>2</sup> vbi supra. Nemini te nimis sodale feceris. Et **A**pulei<sup>2</sup> in li. de deo Socratis. Parit p̄uersatio p̄tēptum. raritas p̄ciliat ad admirationē. q̄s-

fectio alit. que si est immoderata degenerat in libidinem. **V**nde **A**ug<sup>2</sup> in li. confessionum. iij. dicit de seipso. Olim inquit dum essem inuenis amare et amari erat mihi dulce. sed non tenebatur mod⁹ ab animo usqz ad animum. quatinus est ita mōsus limes amicitie. Nam exalabant nebulę de limosa cōcupiscētia carnis. et scatebra pubertatis. et obnubilabat cor men⁹ ut non discerneret serenitas dilectionis a caligine libidinis. Utrumqz nimirum in confuso estuabat. et imbecillem etatem rapiebat per abrupta cupiditatum atqz mersabat gurgite flagitorum. inualuerat super me dñe ira tua et nesciebam. Idem in li. iij. Venam amicitie coinquinabam sordibus cōcupiscentie. cādoreꝫ illius obnubilabam tartaro libidinis. Deinde in li. iij. ponit expressum exemplum de quodam socio et amico suo. immoderate a se dilecto dicens: Cōparauerā amicum societate studiorum nimis carum. mihi coeum et efflorentem flore adolescentie. Sed nōdū sic amicus erat. sicut est amicitia vera. qz non est vera. nisi cū ea tu domine agglinas inter coherentes sibi charitate per spiritum sanctū in cordibus diffusa. Sz tamen dulcis erat nimium cocta feroce pariliū studiorum. Et ecce tu imminens dorso fugitiorum tuorum deus ultionum simul et fons misericordiarū q̄ nos miris modis ad te conuertis. ecce abstulisti euꝫ de hac vita cū vix explesset annū etiam amicitia mea. Quo dolore contegebatur est cor meum. eratqz mihi patria supplicium. et quicquid cum illo coecaueram. sine illo in immanem verterat cruciatum. Solusqz flet<sup>2</sup> erat dulcis m̄ et successerat amico meo in delitijs animi mei. Itaqz miser eram et miser est omnis animus vinctus amicitia rerū mortaliū. et dilaniatur cum eas amittit. ac tunc miseriā qua miser erat etiā antequā amitteret illas sentit. Sic ego in loc⁹ infelix remanseram vbi nec essem. nec inde redere possem. Et vt me facilime et intime

# Filiorū regalium

penetraverant dolor ille · nisi quia fide-  
ram in barena cor meum · diligendo mo-  
riturum quasi nō moriturum. Maxime  
quippe me recuperabant alioꝝ amicoꝝ  
solatia cū quibꝝ amabam qđ non pro te  
amabam. Et hec erit iugens fabula · illo  
gum mendaciū cuius adulterina p̄fica-  
tione corrūpebat mens nostra. Erāt  
et alia q̄ in amicis ampliꝝ capiebant ani-  
mum: videlicet colloꝝ et corridere · vici-  
sim obsequi · beniuole simul libros dulci  
loquos legere · pariter nugari et simul ho-  
nestari · interdū sine odio dissētare · ipsaqꝝ  
rarissima dissentione consensiones pluri-  
mas condire · docere aliqd ad invicē · aut  
discere ab innicem · absētes cū modestia  
desiderare · venētes cum letitia suscipere  
His et hmoi signis a cordibus amantiū  
et redamātūm procedentibꝝ per os p̄ lin-  
guam p̄ oculos · ac mille motus gratissi-  
mos quasi somitibus aīos conflare · et ex  
pluribꝝ vñū facere · hoc est qđ diligēt̄ i  
amicis. Sicqꝝ diligitur ut rea sibi hu-  
mana conscientia sit · si amantem nō re-  
damauerit · nihil querēs ex eius corpore  
preter indicia beniuolētī. Hinc luct̄ ille  
oītūr sicqꝝ moriat̄ · ac tenebre dolorū ex  
amissa vita moriētū. At hō btūs q̄ amat  
te et amicū in te · et inimicū ppter te. Quel-  
lum enī carū solus amittit · cui omnes in  
illo cari sūt qui nō amittitur. hec Aug.

**D**qualiter pueri ad omnes ho-  
mines se debeant habere.

Cap XXXIIII

**D**Enīc docēdi sunt pue-  
ri · qualiter ad oēs homines ha-  
bere se debeat · et inter eos cōuer-  
sari videlicet qualiter ad superiores · qua-  
liter ad inferiores · et qualiter ad pares.  
Qđ sic docet Hugo de sancto Victore  
in li. de notitioꝝ institutiōe: Discretio  
inquit psonay q̄stū pertinet ad dilectio-  
nem habēda est fm̄ meritum; q̄stū vero  
ad venerationē fm̄ etatem et officiū. De-  
liores siquidē diligere. Supiores debe-

mus honorare q̄z par est cōtumacia siue  
in eo qui poter inferiorē gradū in homi-  
ne virtutē despicit · siue in eo q̄ ppter infe-  
riorem vitā superiorē gradū contemnit.  
Istis igitur honor · illis impendaſ amor  
sicut ut honor istoꝝ sit voluntarius · et il-  
loꝝ amor venerādus. Reverentia · n. si-  
ne amore magis servilis est · et amor sine  
reverentia puerilis iudicari debet. Nec  
deniqꝝ modis discretionē personay ha-  
bendā ex his colligimus · tribo fm̄ digni-  
tate · et tribo fm̄ cōversationē. Scđm di-  
gnitatē superioribꝝ obedientiā · timorē  
obsequium et venerationē debem⁹ exhibi-  
bere. Cū equalibus parē et concordiā cu-  
stodire innicem obsequio beneficio et ho-  
nore p̄guenire · in oī actione et verbo su-  
periorē locū eis tribuere. Et siquādo for-  
tassis in aliquo negocio eos p̄gire cogā-  
mur · cū omni humilitate et reverētia facē  
nō h̄cipere sed demōstrare · et si eos cōtige-  
rit precedere cum alacritate et deuotione  
quali ex necessitate subiecti obedire. In-  
ferioribꝝ semp̄ bñficiū et auxiliū impende-  
re · nūqꝝ improperare siue cōtumelia corri-  
pere · siue supbia gubernare · siue crudeli-  
tate castigare · cū pietate fouere. Venera-  
tionē non exigere · societatē et equalitatē  
amarē · maioribꝝ p̄ timorē subdi · equali-  
bus per charitatem obsequi · minoribꝝ p̄  
humilitatem coequari · precipientibꝝ pa-  
rati · obedētibꝝ modesti · maledicentibꝝ  
taciti · laudātibꝝ verecudi. Item fm̄ cō  
versationem superioribꝝ quidez in oī lo-  
co et in omni ope vel sermone studeam⁹  
reverētiā exhibere · et quicqd egerint ant  
vbiqꝝ fuerint · virtutis exemplū imiteſ  
quodāmodo tacitū cōsortiū cooperādi  
nunqꝝ presumamus expetere. Negligen-  
tes vero et maxime illos quoꝝ opera vel  
studia reprehensione digna apparēt · ta-  
li nos cautela declinare oportet ut et fugi-  
am⁹ qđ faciūt et tamē iudicare nō presu-  
mamus qđ sunt. Logitem⁹ in eiusmodi  
nobis atqꝝ dari exemplū · neqꝝ p̄mitti in-  
dicū · quia fortassis in eis ignorātia si-  
ne infirmitas excusat · qđ si a nobis fieret

H

# De eruditione

excusationē nō haberet. **C**ū medijs & eq̄ libus tāta nobis pacis & cōcordis seruan-  
dē diligentia sit. ut i nullo vñq̄ negocio  
q̄tū in nobis est frāna dilectio pturber  
studeam? inuriā eis vñq̄ aut molestiā  
inferre. **I**llata ḥo pp̄t amorē frāting cha-  
ritatis equo aio sustinere. nibil cōtētiose  
vel arrogāter erga eos agere. sed parati  
semp in oī ope. & ptinaciter insistētib⁹ ce-  
dere. & laborātib⁹ libēter subuenire. **E**t  
qm̄ inter pares nōn q̄ puersa quedam  
virtutis emulatio esse solet. operā nr̄am  
neq̄ ingram? nolentib⁹ neq̄ petentib⁹  
subtraham? q̄ in vtroq̄ liuoris suspicio  
esse pōt. **S**i qñ aūt in aliquo forte nego-  
cio laborantib⁹ opē ferre cupimus. tanta  
hoc hūilitate & māsuetudine faciendū est  
ut hisdem ip̄sis manifestū sit. q̄ nō excel-  
lentiā operis & cōsortiū queram? labor.  
hēc **H**ugo. **D**e b etiā **S**eneca loquitur  
in li. de. iiij. vñtib⁹. **N**es in q̄t pares tibi  
fēceris si nec inferiores supbiēdo cōtem-  
nas. nec superiores recte viuēdo timeas.  
**L**uctis esto benign⁹. nemini blād⁹. pa-  
cis familiaris. oīb⁹ equus. **S**enior esto iu-  
dicio q̄ sermone. vita q̄ vultu. nec tuę  
bone famę seminator sis. nec inuid⁹ alie-  
ne. **Q**ue nosti sine arrogātia postulanti  
impartias que aūt nescis sine occultatio-  
ne ignorantie tibi postula impartiri. **C**e-  
terum nec tua dſc̄les nec aliena mireris  
non sis arrogans non audax. **S**ubmit-  
tas te non p̄ijsias grauitate seruata. ad-  
mone libēter. reprehēde patiēter. alieno-  
rum vñtio & nec curiosus sis. nec acerbis  
reprehēsor. nec cum exprobratione corre-  
ctor. ita ut admonitionē bylaritate pre-  
uenias. **D**icenti ḡ esto tacitus auditor.  
requirēti facile rñnde. cōtendēti facile ce-  
de. hēc **S**eneca. **C**etero de psonaz reue-  
rentia & bonore qui fm̄ legē & rationē si-  
ue pp̄ter naturā siue pp̄ter etatē. siue pp̄  
officiū. siue pp̄ter mores. aut vñtē sāctita-  
tem. debet illis ab oīb⁹ exhiberi. pleniū  
dictū ē superi⁹ in secūdo hui⁹ op̄is libro  
vbi actu⁹ est de reuerentia dei. **N**ecigit  
ad p̄sens dicta sufficiāt de parvulorū

eruditione que maxime exercenda est in  
puerilitate.

## De regimie vel disciplina ado- lescentie. Cap XXXV

**O**lm autē annis puerili-  
bus decursis ad etatē puenēt  
adolescētē. tūc etiam plurimis  
eoꝝ pp̄ter etatē p̄nitatē ad malū valde  
necessariū est frenū discipline. qđ. s. nō so-  
lum a superiorib⁹ vel magistris debēt v-  
cipere. sed etiā ipsimet pp̄ter vsum rōnis  
sibimet imponere. **N**ā de p̄nitate illius  
etatis ad malum dicit a dño **H**en. viij.  
**S**ensus & cogitatio hūani cordis in ma-  
lum prona sūt ab adolescentia sua. **V**ñ  
sicut dīc **S**alusti⁹ in cathilinario. Ado-  
lescentū aī molles ac fluxi. haud diffi-  
cile capiunt. s. a diabolo vel peccato. **H**ic  
& **C**landianus in minori volumine. **T**e-  
neris est lubrica morib⁹ etas. Ideo cōfi-  
tetur **A**ng. de seipso in li. confessionū. ij.  
dices. Exarsi dñe aliquātū faciār inferius  
in adolescētia. & siluescere vmbrosis amo-  
ribus ausus sum. & cōtabuit spes mea. et  
cōputrui corā oculis hoīuz. **I**taq̄ p-  
na est adolescētia maxime ad tria mala.  
**P**rimo. s. animositatē. i. iracū dīc timi-  
de vel supbe. iux illud **S**enece in **C**rea-  
te. Junenile inq̄t est vitiū regere nō pos-  
se imperū. **E**t de tali dicit **Ecc.** i. Iracū  
dia animositatē ei⁹ subuersio est illius.  
**D**eniq̄ ad malū luxurię. iuxta illud  
**S**alomonis Proverb. vij. loquētis de  
meretricē. Considero inq̄t recordē iue-  
nem q̄ trālit p plateas iuxta angulū. & p-  
pe viā dom⁹ illi⁹. **E**t ecce mulier occurrit  
illi ornatu meretricio p̄parata z̄c. **E**t  
postea inquit. Statim sequit eā q̄si bos  
ductus ad victimā. & quasi agnus lasci-  
uiens & ignorās q̄ ad vincula stult⁹ tra-  
hat. donec trāffigat sagitta iecur ei⁹. ve-  
lut si avis festinet ad laqueū. & nescit q̄  
de periculo aīe illius agitur. iuxta illud  
**O**nidi⁹ de fastis. v. **C**ū innenilib⁹ annis

# Filiorū regalium

luxuriāt aī corporeis ipsa vigēt. Idē in  
 li. sine titulo. i. **N**on bello est habilis vē  
 nērī qz cōuenit etas. **C**ōtra hēc duo ma  
 la dicit Ecclesiastes. x. **L**etare iuuenis  
 ī adolescentia tua. s. **S**ed malū iracundia tu  
 mide r in bono sit cor tuum in dieb iu  
 uētūs tue. s. **S**ed malū luxuriae. **V**n postea  
 sequitur. **A**nsfer irā a corde tuo r maliciā  
 amoue a carne tua. adolescentia enī r vo  
 luptas vana sūt. **T**ertio ad malū to  
 tius dissolutionis r lascivie. iuxta illud  
 Seneca in li. declamationū. j. **C**orpore  
 inquit ingenia desidiose iuuentutis. s. a  
 bono. nec vni honeste rei labore vigilat  
 sed caneandi potius saltandiqz obscena  
 studia effeminatos tenēt. **N**eniqz capil  
 lum frāgere r ad muliebres blādicias vo  
 ces extenuare. mollitie corporis cū fēcis cer  
 tare. r imūdissimis se mūditijs excolere  
 nostroy adolescentiū specimē est. **M**olles  
 enerviqz nati. in vito manēt expugna  
 tores alienē pudicitie negligētes sūg. hec  
 Seneca. **E**t recte dīc expugnatores alienē  
 z. quia nō solū concupiscūt. sed etiā  
 cōcupisci volūt. in illis. **H**ieronymi ad  
 dōmonē. **N**ō erubescit inqz iuuenis cu  
 ms decore veneres fluūt. nobiliū dom  
 lustrare. matronarū salutationib r inhe  
 rete z. **A**d huiusmodi lasciuia iuuenile  
 p̄nit illud detestabile initiorū. vide  
 licet adolescentiū sciuicem ad huiusmo  
 di exhortantiū r puocatiū. **S** modo sicut  
 legit in li. sapiētię. ii. **V**enite inquiunt r  
 fuiamur bonis que sūt. r vtamur creatu  
 ra tāqz in iuuentute celeriter. vino p̄cioso  
 r vnguētis nos impleam. r nō p̄tereat  
 nos flos tēporis. **C**orōnemus nos rosis  
 aīqz marcescāt. nullū pratū sit qd nō p̄  
 transeat luxuria nostra. **N**emo nostroy sit  
 exors luxuriae nostrae. vbiqz reliquamus  
 signa letitie. qm̄ hec ē pars nostra. r hec  
 est fors. **P**rop̄tē hāc multiplicē adolesce  
 tie p̄nitētē in malo. dicit Aug. i. li. de  
 ciuitate dei. xx. **I**nfantia quidē sine ul  
 lo renisi carui subiacet. pueritia qz quia  
 nondū ratio pugnā suscipit. fere ab om  
 nibus vitiōsis delectationib iacet. **V**e

rūtū qz nō dū p̄cepti capax est infirmitas  
 mentis. saluat p̄ sacramēta mediatoris  
**C**ū aut p̄uentū fuerit ad etatē qz iā p̄ce  
 ptum capit r legi imperio subdi pōt. nec  
 ad dānabilia peccata p̄ducat bellū con  
 tra virtūs suscipiendū acriterqz gerēdū ē.  
 r siquidē nō dū victoriaz p̄suetudine ro  
 borata sūt facili vincūt ac cedūt. **S**i au  
 tem vincere p̄suenerūt r imperare labori  
 osa superāt difficultate. nec id veraciter  
 atqz sinceriter fit nisi delectatiōe vere iu  
 sticie que est in christi fide. **N**am si lex in  
 bens assit r spūs adiuvās desit. p̄ ipsā p̄  
 hibitionē desiderio peccati crescēte atqz  
 vincēte. reat etiā p̄uaricationis accedit.  
**N**onnūqz sane aptissima virtūs qbusdā  
 vitijs occultis supāt que v̄tutes esse pu  
 tant in quibz regnat supbia r quedā si  
 bi placēdi altitudo ruinosa. **T**unc itaqz  
 victa deputāda sūt virtūs cum dei amore  
 vincūt qui nō nisi a deo p̄ mediatorē  
 dei r hoīn̄ dat. q̄ fact̄ est particeps mor  
 talitatis nostrę. ut nos p̄ticipes faceret  
 divinitatis sūg. **P**ancissimi vero tante  
 felicitatis extāt ut ab ipsa ineūte adole  
 scētia nulla dānabilia peccata cōmit  
 tant. vel in flagitijs vel in facinoribz vel  
 in nepharie cuiusqz impietatis erroribus  
 sed magna spūs op̄primāt largitate qc  
 qd in eis dñari possit carnali delectatio  
 ne. **P**lurimi x̄o p̄cepto legi accepto cū  
 prius vitijs p̄qualētibz victi. r p̄uaricato  
 res eius effecti sūt. tūc ad gratiā adiutri  
 cēm cōfugiūt. qua fiāt r amariū penitē  
 do r vehementius pugnādo qz pri deo  
 subditi. r ita victores p̄posita mēte ca  
 rni. hec Aug. **I**n quibus. s. x̄bis notan  
 dum est primo qd adolescentē multo gra  
 uius peccat puerō. pp̄t liberiore v̄sum ra  
 tionis. r capacitātē p̄cepti ac p̄hibitiōis  
**I**taqz p̄hibitio auget desideriū peccati  
 nisi assit gratia spūsancti. in illud. **D**ui  
 dij sine titulo. li. ii. **N**itimus i vētitū sem  
 per cupimusqz negata. **T**ic interdictis  
 imminent eger aquis. **D**e hinc etiā q  
 in quibusdā adolescentibz est continen  
 tia superba r simulata. qui scilicet ideo

# De eruditione

continet ut sibi vel alijs placeat. Tales fuerunt virgines fatig. que lapades quidem id est corpora per continentiam pura et nitida habuerunt sed sine oleo. et conscientie nitore vel charitate. Unde beatus Bern. Caneamus inquit ne vasorum nostrorum vacuo splendore decepti sero habeam conqueri quod lapades nostre extinguantur. Ego siquidem reor nec illas quidem accedas fuisse quod tunc videbant extingui. quia nec sumpererunt oleum secundum sed vitrea potius quam ignea claritate fulgebat. Tertio etiam notandum est in verbis predictis Augustini. quod nullus precipue adolescentes vere continens esse potest nisi dono dei. Ideoque precipue in etate tali. hac de causa insistendum est orationi: Inulta illud sapientis in libro sapientie. viii. Dux inquit era ingeniiosus et sortitus sum anima bona. et cum essem magis bonus. veni ad coquinatum corpus. et ut scini quoniam aliter non possum esse continentem nisi deus datur. et hisipius erat sapientia scire cuius esset hunc donum. adiudicatum et deprecatus sum illud. et dixi ex totis precordiis meis. deus patrum meorum. Et.

Quarto etiam notandum est ibi. quod adolescentia bello ingravete necesse est omnino vincere aut vinci. ideo adolescentem oportet armis spiritualibus accingi. de quibus dicit Eph. vii. Induite vos armatum de dei. ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Nec armatura quod tangit ibi est cingulum castitatis. lorica iusticie. calcamentum boni exempli. scutum fidei. galea spei. et gladius orationis spiritualis qui est verbum dei. In his ergo vicere poterit ut ei merito et illud dici possit. i. Joh. ii. Scribo vobis adolescentes quoniam vici et malum. Vnde illud quod pro ea sequitur. Scribo vobis iuvenes quod fortes estis et verbum dei in vobis manet. et vici et malum. Fortes utique fuerunt illi adolescentes. semper machabei. quoniam non solus hostes sed etiam semetipsos vicerunt. ut legitur. ii. Machab. vii. Hoc enim unus lingua postulatus ad cruciatum cito protulit et manus constanter extendit atque fiducialiter ait. Ecce ego et contemptus; Rara inquit est

ista possideo. sed propter deis leges hec ipsa despicio quam ab ipso ea me recepturum spero. unde rex et qui cum ipso erant mirabantur adolescentis animum. quod tamquam nihil duceret cruciatum. Huiusmodi fortitudo virum et raro inuenit in senibus a quibus tamen exemplum dari deberet adolescentibus sicut fecit ille senex Eleazarus. qui pro lege offerens se martyrio. dixisse legi ibidem. vii. Ego quidem senectute dignus apparebo adolescentibus. aut exemplum forte relinquam si prompto quo ac fortiter pro sanctissimis legibus honesta morte perfugiar. Quinto etiam notandum quod adolescentis forte contigerit eum in pugna succubere. mox debet ad penitentiam remedium confugere. sicut fecit adolescentior ille filius qui accepta portione bonorum a patre suo oia in luxurias dissipavit. et postea reuertens penituit. ut legitur Luc. xv. quem et pater cum gaudio suscepit. eumque stola prima et annulo et calciamentis ornauit. in quibus ornamenta spualia designantur. quibus vere penitentes tanquam a morte aene resurgent decorari. sicut ibidem a patre dicitur. Hic filius meus mortuus erat et renixit. perierat et renuentus est. Hinc et adolescentes filii viduae mortuorum suscitatus est a domino. sic legitur ibidem. vii. Paulus quoque in adolescentia spiritualiter mortuus fuit cum in necem Stephaniani consensit. ut legitur Act. vii. Ac postmodum resipiscens ad vocem domini surrexit. ita ut et ipse adolescentem suscitare meruerit. ut legitur idem. xx.

## De bonis moribus formandis in adolescentiis.

Cap XXXVI

Sicut autem iuxta Claro-  
nem obstupescenda est optimo-  
rum morum in pueri constantia.  
multomagis et in adolescentiis propter  
etatis feruorem videtur admiranda. si-  
cuit dicit Ambro super Beati imacula-  
ti. verbum illud exponens. Adolescentul-  
sum ego et contemptus; Rara inquit est

# Filiorū regalium

in iuueniis humilitas. ideoq; mirāda  
dum etas viget. dum vires solide. dum  
sanguis estnat. dum debilitas ignorat.  
dum letitia frequentatur. Idem in eodē  
Iuuentus est ad amorem liberior. ad la-  
plum incautior. ad infirmitatem fragili-  
or. ad correctionem durior. Idem in li-  
j. de interpellationibus et infirmitate ho-  
minis. Consumere inquit me vis pecca-  
tis adolescentiæ meæ: Dulcre id etatis  
ad querelam arripuit. quia magis ad vi-  
tium esse lubricū consuerit. Abet et pū-  
critia innocentiam. senectus prudentiā.  
iuentus delinquendi verecundiā. ado-  
lescentia sola est iuvalida viribus. infir-  
ma consilij. vitio calens. fastidiosa mo-  
nitoribus. illecebrosa delitijs. Hec Am-  
bro<sup>9</sup> **Uñ Salomō** Proverb. xxx. Tria  
inquit sunt difficultia mibi et quartum pe-  
nitus ignoro: Viā aquile in celo. viā co-  
lubri sup petrā. viā nauis in medio ma-  
ri. et viam viri in adolescentia. Hic enim  
priorum trium non apparent vestigia.  
sic adolescentis via hominibus est igno-  
ta. Cum enim tota sit plena periculis. et  
quasi penitus inuia. nulli videtur esse  
pennia. Sic enim difficile in iuuo viam  
inuenire. sicut in igne stare et non combu-  
ri. et currere super aquaz et non submer-  
gi. Et reuera sicut patet ex verbis Augu-  
stini superius positis: Nullus adolescenti  
am immunis a peccato transire posset ni-  
sigratia dei iuuans ac ducens adeset.  
Itaq; sicut dicit Tullius in libro de of-  
ficijs. q. Prima quidem adolescentis cō-  
mendatio proficiscitur a modestia. dein  
de pietate in parentes. in suos beniuole-  
tia. De hinc etiam facile in optimā par-  
tem cognoscitur. si ad viros sapientes et  
claros ac bene consulentes reipublice se  
contulerit. et cum eis assidu<sup>9</sup> sit. hec Tul-  
lius. Qui cōsonat. et ill<sup>8</sup> Ecd. vij. In mul-  
tiudine presbyteroz. id est. seniorū pru-  
dentiū sta. et sapiētiē illorū ex corde con-  
iungere. ut omnem narrationem dei pos-  
sis audire zc. Super hoc et dominus ex-  
emplum p̄ebuit adolescentibus quādo

duodennis sed sit in medio doctorum. nō  
quidem docens sed audiēs et interrogās  
ut legitur **Luc.** ii. Unde dicit beatus  
**Bern.** in quodaz sermone. O humilitas  
virtus christi. q̄stum cōfundis superbiā  
noſtre vanitatis. paruz aliquid scio. vel  
potius mihi ſcire videoz. et iam ſimile nō  
poſſum impudenter et imprudēter me in-  
gerens et oſtentans promptulus ad lo-  
quendum. velox ad docendum. tardus  
ad audiendum. Christus cum tanto tē-  
pore ſilebat. cum ſeipſum abſcondebat.  
nunquid in anem gloriā timebat? vtq;  
ſed nobis non ſibi. hec **Bern.** At vero  
quia pauci mores habent predictos ſci-  
licet expressos in verbis **Tullij**. idcirco  
plurimi admonitionibus et increpationi-  
bus et correctionibus in eis debent for-  
mari. Juxta illud **Virgilij** in georgicis.  
libro. iii. Mortare viamq; iuſſe domā-  
di. dum faciles animi iuuenium dum mo-  
bilis etas. Ut enim ait Aristoteles in li-  
bro. i. Ethicoz. Differt non parum ſic  
vel ſic affueſci a iuuentute. Et **Salomō**  
Proverb. xxij. Proverbium eft adolescenti-  
ſens iuxta viā ſuam etiā cū ſenuerit nō  
recedet ab ea. Unde de viro in adolescē-  
tia nō crudito. dicitur **Job.** xx. Oſſa ei<sup>9</sup>  
id eft. vires anime implebunt vitijs ado-  
lescentiæ ſuę. Adolescentiæ vitia vocātur  
oſſa quib<sup>9</sup> etas illa eft prona. maximeq;  
luxuria et laſciuia. De quibus ait **Tulli**  
in libro de ſenectute. Adolescenti pro-  
bo. in q̄ eft aliqd ſenile. Et ſi iſta ipſa te-  
fectio virium adolescentie vitijs efficitur  
ſepius q̄ ſenectutis: Libidinosa enim et  
intemperata adolescentia effetum cor-  
pus tradit ſenectuti. hec **Tulli**. Unde  
de quibusdam effrenata libidine fruenti-  
bus dicitur **Naum.** iii. Corruent in cor-  
poribus ſuis. propter multitudinem for-  
nicationum meretricis ſpecioſe et gratae.  
Et vbi **Hiero**. corrument. interpretatur.  
lx. ponunt infirmabūt. Propter hec  
omnia recte dicitur econtra **Thren.** iii.  
Bonum eft viro cum portauerit iugum  
ab adolescentia ſua; Itaq; contra

# De eruditione

tria predicta vitia adolescentie. tres virtutes precipue in eis sunt formandas. videlicet contra superbam animositatem. humilitas. contra libidinem castitas. contra lasciviam maturitas. **H**umilitas formanda est per abiectionem quantum ad affectum. per consultationem quantum ad intellectum. per subiectionem quam parentibus et magistris ac senioribus exhibere debemus sic dicit **Petr.** i. v. Adolescentes subditi estote senioribus. **H**inc et **Cyprianus** martyr in libro de xii. abusionibus seculi. inter illa ponit adolescentem sine obedientia et dicit: **Sicut in senibus sobrietas et morum perfectio requiritur. sic ab adolescentibus obsequium et subiectione rite debetur. alioquin quomodo in senectute honoratus apparebit. qui disciplina laborem in adolescentia non sustinuerit:** hec **Cyprianus.** **H**inc et beat **Bern.** in sermone de circumcisione domini: **E**ligat inquit homo fidelis subiectus esse magistro. sub quo voluntas eius frangatur. et obedientie freno concupiscentia reprimatur. **S**icutque quod ait prophetas: **I**mposuisti homines super capita nostra. **N**ec est dignandum seruo quod precessit in domino. siquidem non est seruus maior domino suo. **J**esus uanquam cum iam etate et sapientia apud deum et homines crevisset. cum iam duodenis in hierusalem remansisset a beata virgine et Joseph in medio doctorum audiens illos et interrogans. inuentus descendit cum illis. et erat illis subditus. et tu ergo. propter illum subditus es. **F**ormanda est etiam per consultationem qua debent a senioribus et magistris consilia requirere. et eis humiliaccescere. sicut illud **Dent.** xxxij. **I**nterroga patrem tuum et annuncias tibi. maiores tuos et dicent tibi. **D**icit etiaz **Sidonius** in epistolari suo libro. iij. **Q**uod plurimum laudis inuenies moribus suis applicant vel acquirunt quotiens de negotiorum meritis ambigentes ad peritorum psilia recurrunt. **P**ropter humiliatis eius defectum amilis **Robo-**

**am filius Salomonis** pro maiori parte regnum. ut legitur. iii. **R**eg. xij. **D**ereliquit enim consilium senum. et abhiovit adolescentes qui nutriti fuerant cum eo et assistebant illi. ac de consilio eorum rouit aggrauare ingum super populum: et ideo decem tribus recesserunt ab eo. **U**nde dicitur de **Salomone** **Ecc.** xlviij quod dereliquit post se immunitus a prudenter **Roboam**. qui auertit gentem consilio suo. **H**inc etiam dicitur in eodem. x. **S**edes ducum superborum destruxit deus. et sedere fecit mites pro eis. **S**imiliter castitas per alia duo formanda est. scilicet per verecundiam et sobrietatem. **E**t hoc contra duo mala quibus periclitatur castitas scilicet etatis feruorem et vite voluptatem. **N**am de adolescentie feruore dicit **Hiero** ad **Furiā** de seruanda virutate. **N**on ethne ignes non vulcania tellus. non vesuvius et olympus tantis ardoribus estuant ut inueniles medulle vieno plene et dapibus inflammantur. **H**uc ardorem moderatur verecundia que pacitati est contraria. **N**am ardore luxurie estuentes solent esse procaces ad rogandum vel etiam rapiendum mulieres. verecundia vero utrumque cohabet. de quo dicit **Seneca** **Lucilio**. **V**erecundia bonum in adolescentie signum est. **H**inc et **Ambro** in libro de officijs. j. **S**icut in senibus inquit grauitas et in inuenib; alacritas. sic in adolescentibus verecundia velut quadam naturae dote commeditatur. **H**ec in ipso corporis motu gestu et incessu tenenda est. **H**abitus enim mentis cernitur in statu corporis. et vox quedam est animi corporis motus. **I**n ipso quoque corporis decoro verecundia plus eminet. ita tamen ut ipsum decus non sit effectum. sed naturale simplex. neglectum potius quam expetitum. **S**ane siquid in natura vita est. ars emendet. hec **Ambro**. **D**e vite voluptate in cibis et potibus assimilibus. dicit beatus **Bern.** **Q**uod periclitatur castitas in deliciis. sicut et pietas in negotiis. Ideo dicit **Hiero** ubi supra

# Filiorū regalium

ccxxix

Quicquid seminariū est voluptatum venenum puta. Ribil enim sic inflamat corpora. membraq; titillat genitalia sicut cibus indigesus. ructusq; convulsus. Idē. Ventre cibo distentum et vini potationib; irrigatū voluptas genitalium sequitur. et per membrorum ordinem ordo vitiorū est. Hanc voluptatem moderatur sobrietas. de qua dicitur ad Litterū.ij. Juuenes hortare ut sobrij sint. Deniq; maturitas similis per duo formanda est. scilicet per grauitatem et taciturnitatem. Et hoc contra duo malā que sunt in lascivia. scilicet insolentia gestuum et levitas verborum. Est enim grauitas virtus qua quis actionum ac motuum suorum impetus regens ac moderans ad competentem moram. et maturitatem reducit. Unde ps. In populo inquit graui laudabo te. Et hoc multū decet adolescentes. ut qd in senibus est ex debilitate sit in eis ex virtute. iuxta illud Cullij in libro de senectute. Adolescentem inquit probō. in quo est aliquid senile. Hinc et Ambrosius super Beati immaculati. Etatis inquit maturitez precurrit quisquis in adolescentia positus senilem grauitatem induit. et iuueniles animos veterana quadam continentia regit atq; componit. Huius grauitas vel maturitas est in eis quasi auctoritas. Unde apostolus scribit Thimotheo: Nemo adolescentiam tuam contemnat hoc est. talem te exhibe ut nemo propter gratiam illam audeat te contēnere. Hinc et Hiero? Repociānum super hoc commendat scribens ad Heliodorū. Ne pocianus inquit iuuenis curam habuit ut nullam in se daret fabulam rumoris obsceni. ut qui mordebantur ad eius etatē. supererent ad continentiam. hilariatatem frontis temperabat grauitate morum. ut in risu gaudium intelligeres non cachinnū. hec Hiero?. Porro maturitas est virtus qua cum quadā animi fruictuosa quiete quis a verbis non soluz fe-

dis aut superfluis. sed etiam utilibus se temperat. iuxta illud ps. Obmutui et humiliatus sum. et silui a bonis. Hoc qd maxime decet adolescentem ad reprimendum in eo garrulitatem atq; presumptionem. Unde dicitur Ecc. xxiiij. Adolescentis loquere in tua causa vix cū necesse fuerit. si bis interrogatus fueris habeat caput responsum tuum. In multis esto quasi inscius et audi tacēs. et simul et querens: In medio magnatorū non presumas. et ubi sunt senes non multū loquaris. Hinc et exemplū de christi adolescentis taciturnitate induxit pauloante. Sicut ergo dicit Ambro? ubi supra. Duntas in adolescente viget. dum sanguis estuat. dum debilitas ignoratur. dum leticia frequentatur. grādis morum est assuefacienda maturitas. quo natura vincatur. Et huinsmodi mores dilexisse videtur dominus in adolescentē illo. de q; dicitur Math. x. Jesus autem intuitus eum dilexit illum. Ieruz nullus pōt ad hoc veracit̄ informari vel reformari nisi custodiendo et implendo mandata dei. iuxta illud ps. In quo corrigit adolescentem viam suam. in custodiēdo sermones tuos. In hoc autem defecit idem adolescentis qui auditō consilio domini de omnibus pro ipso relinquendis abiit m̄ḡres. Erat enī multas possessiones habens. sicut legitur ibidem. Non ergo custodit illud preceptum domini. qd habetur Luc. xij. Vide et caue ab omni anaritia ēt. Porro ad informationem morū in adolescentia. multum valet triplex memoria. scilicet senectus. et mortis. et futuri iudicij aduentus. Senectutis inquā quia tunc non potest homo de facili mores nouos et iusuetos induere. sicut nec se nec equus freno assuescere. Unde Seneca Lucilio. Iuueni inquit est parendū. seni vtendū. Hinc etiā Ecc. xv. dicitur. Que in iuuentute tua non p̄gregasti quomodo iuuenies in senectute tua? Ideo optimū est deo in iuuentute seruire

## De eruditione

ac mores bonos induere. qd est hostiam  
deo fortē ac pingue offerre. Alioquin  
ut legitur Malach. i. Maledictus do-  
losus qui habet masculum in grege suo  
et votum faciens immolat debile domi-  
no. Nam ut dicit Ambro<sup>9</sup> vbi supra.  
Quid potest habere laudis. si corp<sup>9</sup> vo-  
luptatibus effetū. et iam senectutis gelu-  
frigidum ad sera devotionis officia de-  
posito iam seniorum vigore conuertat?  
Non est enim corona nisi vbi fuerit diffi-  
cilius lucta. hēc Ambrosi<sup>9</sup>. Et vtqz cum  
nemo possit duobus dominis seruire.  
multo melius et utilius et honestius ē ho-  
mini priores annos suos cōsumere in ser-  
uitio dei qz in seruitio mundi vel carnis  
vel diaboli. Vñ Salomon Proverb.  
v. Ne des inquit alienis honorem tuum  
et annos tuos crudeli. scilicet diabolo. ne  
forte implentur extranei viribus tuis. et  
labores tui sint in domo aliena. et gemas  
in nonissimis. quando consumperis car-  
nes tuas et corp<sup>9</sup> tuū. Et dicas: Cur te-  
testatus sum disciplinam. et increpationi-  
bus non acquieciit cor meū? Nec audi-  
ui vocem docentium me et magistris nō  
inclinaui aurem meam. Honorez vocat  
vel divinam imaginem vel iuuentutis  
florem vel etiam gratiam baptismalem.  
Quem iuuenis vendit. dū eum pro pec-  
cati voluptate exponit. Hicqz viribus  
eius. id est. operibus virium anime et cor-  
poris implentur extranei. id est. delectan-  
tur et satiant demones a vita eterna alie-  
ni. sū illud Quseg. viij. Comederunt alie-  
ni robur eius et ipse nesciuit. Et tunc ge-  
mit in nonissimis. id est. in senio vel in se-  
nectute quando iam p̄ debilitate et in-  
suetudine nihil boni p̄t incipere. Ideo  
dicit Quidius in libro de arte. iiij. Num  
vires anniqz sinū tolerate labores. Iā  
veniet tacito curua senecta pede. Vētu-  
re memores. iā nunc estote senecte. Sic  
nullum vobis tempus abibit iners. Ce-  
rūm ut dicit Tullius in libro de senectu-  
te In studijs laboribus; et iuuentutis nō

intelligitur quando vel quomodo se  
nectus obrepit: Ita sensum absqz sensu  
etas senescit. nec subito frangit. sed diu-  
turnitate extinguitur. Dicit etiam Li-  
bullus libro. iiij. Sepe quidem cani ni-  
gros ledere capillos. Hinc et Quidius si-  
ne titulo li. i. Labit occulte. fallitqz vo-  
lubilis etas. Et celer admissis labit an-  
nus equis. Ad hoc etiam est utilis me-  
moria mortis. iuxta illud Ecc. viij. Me-  
morare nouissima tua. et in eternum non  
peccabis. Ut enī dicit Greg. in moral.  
libro. xvij. Quæsit carnis substātia testā-  
tur sepultra. Nilqz sic ad eius desideri-  
um edomandum valet. qz ut quisqz hoc  
qd diligit viuuz quale sit mortuum pen-  
set. hec Greg. Neqz ho sibi iuuenis blā-  
diat de longiori vita. qm̄ i hac vita mor-  
tali non potest esse nisi stulta cōfidentia.  
Et enim in proslogion dicit Anselm<sup>9</sup>.  
Nihil morte certius. sed nihil hora mor-  
tis incerti<sup>9</sup>. Et Ambro<sup>9</sup>. Mors est inqz  
in iuuenibus in insidijs. que semibus est  
in iauis. Unde Seneca ad Luciliū.  
Junior inquit es. quid refert. Incertum  
ē quo te loco mors expectet. Itaqz tu il-  
lam i omni loco expecta. Ideo dicit Tulli-  
lius vbi supra. Meditatu<sup>9</sup> esse debet ab  
adolescentia. ne mortem negligamus; si-  
ne qua meditatione nemo trāquillo ani-  
mo potest esse. cum certissime sit morien-  
dum. et quo tempore sit incertū. Hoc est  
qd dicit Job. xxxij. Nescio quādiu sub-  
sistam. et si post modicum tollat me fac-  
tor meus. Hinc etiam dicitur Ecclesia-  
stes. ix. Nescit homo finem suum: Sed  
sicut pisces capiuntur hamo. et sicut aues  
comprehenduntur laqueo. sic capiuntur  
homines i tempore malo. cum eis extem-  
plo supernenerit. Ideo dicit Tullius in  
libro de senectute. Frustra sperat adole-  
scens vel promittit se diu victurū: Quid  
enim stultus qz incerta pro certis habe-  
re? Quid etiam opilla etas multoplu-  
res qz senect<sup>9</sup> habet mortis casus. Faci-  
lius enī in morbos adolescentes incidūt.

# Filiorum regalium

grauis egrotant. tristius curantur. In hoc etiam melioris conditionis est senex quia qd sperat adolescentis ipse consecutus est. ille vult diu vivere. iste diu vixit. Quāqz mihi quidē nec diuturnum videtur quicqz in quo est aliquid extremū cuz enim id aduenierit. tunc id qd p̄terij effluxit. hoc tantum remanet qd virtute recte factis quisqz psecutus est. Mois etiam contingit adolescentibus aduersitate et repugnante natura. et ideo grauis. senibus vero venit tāqz sponte nulla vi adhibita. et ideo leuis. Sicut ergo poma ab arboribz si cruda sunt vi auelluntur. si materia et cocta decidunt. Sic vis adolescentibus vitam aufert. senibz maturitas. hec Tullius. Propter hec omnia dicitur Ecclesiastes. xq. Memento creatoris tui in die iuuentutis tuę: anteqz veniat tēpus afflictionis tuę: et appropinquet anni de quibz dicas: Nō mihi placent. Anteqz tenebrescat sol et lumē et steler luna. et reuertantur nubes post pluia: qn̄ cōmouebunt custodes dom⁹. et nutabunt viri fortissimi. et ociose erūt molētes ī minuto numero. et tenebrescēt vidētes p̄ foramia. et clandēt ostia ī platea ī hūilitate vocis molētis. et cōsurgēt ad vocē volucis et obsurdescent oēs filie carminis. Excelsa quoqz timebunt. et formidabunt inua. florebit amygdalus: impinguabitur locusta. et dissipabitur capparis zc. Ubi tangunt etiā incōmoda senectudē et afflictio mortis. Porro d tertio. scz de memoria futuri iudicij. Ecclesiastes. xj. postqz dixit Salomon. qz in futuro vanitatis arguentur p̄terita: loquens assertive: statim subiungit loquēs ironice Letare ḡ iuuenis ī adolescētia tua et in bono sit cor tuū in diebus iuuentutis tuę: et ambula ī vijs cordis tui. et ī intuitu oculorum tuorū. et scito qz pro omnibus his adducet te deus in iudiciz. Et quia vicē cordis adolescentis peruersę due sunt ut dictum est supra. scilicet animositas iracunda. et voluptas lascivia. protinus ad-

iungit: Ausfer iram a corde tuo et amore maliciam a carne tua. Malicia siquidem culpe. id ē. voluptas carnalis amorem uenda est per maliciam p̄ce per castigationem carnis. Uxtra illud Ecd. xj. Malicia horū obliuionem facit luxurię maxime.

## De institutione coniugalis vite.

### Cap XXXVII

**Q**uestio. Via vero sicut predictū est in etate adolescētiae maxime ingerere solet auctor cōcupisētiae. regendus est impetus ille connubij legē. iuxta illud apostoli. j. Cori. vii. P̄o p̄ter fornicationes inqz vnuquisqz uxorem suam habeat. melius est enim nubere qz vii. Unde Salomon Proverb. v. Letare inquit cum muliere adolescētiae tuę. id est. cum illa quā in adolescētia tua duxisti. tam caste conuersare. ut aliam non cognoscas ipsa viuente. Vñ et paulopost. Quare inquit seduceris filii ab aliena et foneris in sinu alterius scilicet ei adherendo. cuz tuę proprię inagi possis absqz peccato. Ut enim dicit Aug⁹ in li. ix. super Genesim. Ut ergo sexus propemodū in ruinam turpitudinis recte excipitur honestate nuptiarum ut quod potuisse esse sanis officium etiā sit egrotis remedium. Itaqz iuuenis vel adolescentis qui pro etatis congruentia coniugium initurus est. de coniugalista tu instrēdus est. Et maxime de tribz: videlicet de ducenda uxore. de suscipienda prole. de regimine domus atqz familię. Super primo in duobus adhibenda est discretio. scilicet in uxori acceptione consideranda sunt duo: scilicet qualis ducatur et qua intētione. Ideo inqz qualis. quia bona uxor. ut dicit philosopbus rara avis est in terris. Unde Salomon Ecclesiastes. vii. Vix inqz vnu de mille repperi. mulierem ex omnibz nō

## De eruditione

inueni. Ideo dicit Proverb. xix. Domus et diuitiae dantur a parentibus a domino autem proprie vxori prudens. Et in eodem. xxxi. Mulierem fortem quis inueniet procul et de ultimis finibus precium ei? Propter hoc etiam dicitur in eodem xviii. Qui innuenit mulierem bonam inuenit bonum. scilicet quod rarum est et carum. Ideo merito reputanda est inuentio recteque in eligenda uxore diligens adhibenda est prouisio. ne contingat errare in eo quod postea non possis emendare. Nam ut dicit Theofrastus in aureolo. Nulla est uxoris iam coniuncte probatio. sed qualis cumque obuenienter est habenda. et iugiter retinenda. etiam si iracunda. si fatua. si deformis. si superba. si fetida. Et ut dicit Fulgentius in libro nicologiarum. s. Sicut nihil benigna utilius coniunge. sic nihil infesta crudelius muliere. quantum non sapiens pro viri salute suaz opponit animam pignori. tantum maligna ad mortem mariti. etiam vitam suam reputat nihil. ergo coniunctus quanto est iure coniuctior tantum est ad mortem dulcedine mellea aut felle malitię toxica: Est quippe aut perniciue refugium aut perhennie tormentum. hec Fulgentius. Bona siquidem uxori virum mitigat iratum. et ideo proprie dicitur mulier quasi molliens herum. Unde dicitur Ecd. xxvij. Gratia mulieris sedule delectabit virum suum. et ossa ipsius impinguabit. Errante quoque corrigit. et anerum a deo conuertit. iuxta illud apostoli. j. ad Cor. viij. Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem. Super hoc in beata Cecilia habetur exemplum. quod sponsata mox sponsum conuertit ad christum. Unus de tali dicitur Proverb. xij. Mulier diligens corona est viro suo. Et quoniam hec et alia plura bona facit uxori bona marito. ideo dicit Ecd. xxvij. Mulieris bona beatus vir. Et p. Pars bona mulier bona. Ecce vero dicit alibi scriptura. Tria expellunt hominem de domo. sumus stillicidi

um. et mala uxor. Hinc et Ecd. xv. dicit Commorari leoni et draconis placebit quod habitare cum muliere nequam. Considerandum est etiam qua intentione ducenta sit. ut videlicet non causa luxurie sed prolis procreandae. vel fornicationis evitande. Ut enim dicit Aug. in libro de bono coningali. Decus conjugale castitas est procreandi. ac fides reddendi carnalis debiti. Super hoc exemplum habetur in Tobia inniore: cui dictum est ab angelo. sicut legitur Tobie. vij. Si qui coniugium ita suscipiunt. ut dum a se et a sua mente excludant. et libidini sue vacent. sicut equus et mulus in quibus non est intellectus. in his habet potestatem demonum: Tu antem cum acceperis eam per tres dies contines esto ab ea. Et post ibidem. viij. legitur unde Tobiam in oratione sua dixisse domino: Tu sis domine quia non luxurias carisa accipio sororem meam. sed sola posteritatis dilectione in qua benedicatur nomen tuum in secula seculorum. Similiter in uxoris cohabitatione duo sunt attendenda. scilicet qualiter diligenda sit. et qualiter tractanda. Diligenda est enim pudice tanquam uxori. non tanquam adultera. sicut alias dictum est supra: Juxta illud Sexti pythagorici in sententijs. Adulter inquit est in uxore propriam amator ardenter. In aliena quippe uxore turpis est omnis amor in sua minus. Super hoc narrat exemplum Hieronymi contra Iouinianum. Refert inquit Henerca se cognouisse quendam hominem ornatum qui exituras in publicum fascia uxoris pectus colligabat. et ne puncto quodem horum presentia eius carere poterat. Potionem quoque nullam nisi tactus alterius labris vir et uxori haurebant. et alia non minus inepta in quod impronudavitis ardoris amoris erumphebat faciebant. Origo quidem amoris honesta erat. quia scilicet coniugalis. sed magnitudo deformis. Nihil autem causae

# Filiorum regalium

interest ex q̄ honesta tam quis insaniat. Sapiens ergo iudicio debet amare con-  
tingem nō affectu. Nihil enim ē fedius q̄  
vix ēamare quasi adulteraz. H̄o rem  
improbam. idem illis pudicitiam p̄cipi-  
piunt qui et auferunt. Itaq̄ cito eiusmo-  
di nuptias soluit sacetas. hec Piero.  
**T**RACTARE quoq; debet eam hono-  
rifice et castè. sicut illus apostoli Ad. xii.  
Honorable sit connubium in omnib;  
et honorabile sit immaculat. Honorifice inq; debet illam tractare scilicet ut non habe-  
at illam vilem q̄i famulam. sed honorabilem  
quasi sociam. Propter hoc enim  
dicitur mulier non facta esse de capite vel  
pedibus viri. sed de latere ut per h̄ detur  
intelligi qđ nec domina nec ancilla sed  
socia debet esse. Castè quoq; debet illā  
tractare scilicet ut nec loco nec tempore  
nem modo indebito velit cum ea carnalē  
copulam exercere. Vnde dicit Petrus in  
iij. Viri cohabitare vxoribus vestris  
sunt scientiam quasi in infirmiori vasculo  
muliebri impertinentes honorem tanq; et  
coheredibus gratiæ vestre. Secun-  
do iquo debet instrui scilicet de prolis  
susceptione: sciendum. qđ ad hoc p̄cipi-  
pue debet tendere et in eius acceptione et  
in eius carnali cohabitatione sicut dictū  
est supra de Thobia iuniore. quoniam  
hec prima et precipua fuit causa in matri-  
monij institutiōe. scriptura dicente Seni.  
p. Vasculum et feminam creavit eos.  
benedixit illis Deus. et dixit: Crescite et  
multiplicamini et post in sequenti ca.  
Non est inquit bonum hominem esse so-  
lum. faciamus ei adiutorium simile sibi  
scilicet ad procreationē liberorum. Itaq;  
sicut dicit Aug. contra Faustum. Lex  
eterna conservando naturali consulens  
ordini non ut faciande libidini seruatetur  
sed ut saluti generis prospiciatur ad prole-  
tantummodo propagandam mortalis  
carnis delectationem dominatu ratiōis  
in cōcubitu sinit relaxari. Vnde et Abra-  
am naturę ordinem seruans etiam cum  
ancille commisceret. nihil aliud agebat

nisi ut homo nasceretur. hec Aug. In  
prole ḡ sicut dicit idē Aug. sup Bene-  
sim. recte attenditur ut amanter susci-  
piatur. benignè nutritur. religiose edu-  
cetur. De dilectione bonę vxoris et plis  
intelligitur illus Salomonis Proverb.  
v. Cerna charissima et gratissim binnu-  
lus. hoc est: Illa coniux charissima tibi  
habeatur que sic fornicatores sicut cer-  
ua serpentes prosequitur. et filius ex il-  
la natus castitatis amator sit tibi grati-  
simus. qui ad modum binnuli ad bona  
est agilis vīsu fidei prospicax. & tutu va-  
rietate distinctus. De his autem ac ce-  
teris que pertinet ad bona coniugij ple-  
niss dictum est superius in secundo hui  
operis libro ubi actū est de reuerētia hu-  
iis sacramenti. Porro de tertio in  
quo debet adolescens nupturus instrui.  
hoc est de regimine domus ac dispensa-  
tione familij suę. personarum ac rerū fa-  
miliarum; ante omnia sciendum. qđ bo-  
nus paterfamilias domum suam totaq;  
familiam suis vtiq; bonis moribus et ac-  
tibus potiusq; varijs ac preciosis mate-  
riebus aut speciebus illustrat et ornat. si-  
cut etiam ex phoz dictis liquido cōstat  
Verbi gratia. Tullius de officijs li. j.  
Ornāda est dignitas domo. non ex do-  
mo tota dignitas q̄renda est. nec domo  
dñs. sed domino domus honestanda est  
Item Seneca in libro de. iiiij. virtutibus  
cardinalibus. Nec dominum velis esse  
notum a domo. sed domum a domino.  
Idem ad Luciliuz epistola. v. Qui do-  
mum intraverit nos potius miretur q̄  
supellectilem nostram. Magnus ille est  
qui fictilibus sic vtitur quomodo argen-  
to. nec ille minor est qui sic argēto vtitur  
quomodo fictilibus. hec Seneca. Econ-  
tra vero dicit Tullius Salustio. Non  
est quicq; turpius domui tuę q̄ tuipse.  
Verū ut dicit Valerius maximus li. ij.  
Quid prodest foris esse strenuū si domi  
male viuit? Quoꝝ enī oga splēdore su-  
um p̄cul obtinuisse videntur. eorum di-  
gnitatem indignū est ac deformē domi-

## De eruditione

collabi. Circa personas debet attendere ut domesticos diligat et promoueat iuxta illud apostoli. i. Thimoth. v. Si quis suorum et maxime domesticorum curam non habet. fidem negavit. et est infidelis deterior. Et illud Ecd. iiiij. Noli esse quasi leo in domo tua. euertes domesticos tuos. Extraneos autem hilariter accurialiter recipiat. In illud apostoli Ro. xij. Hospitalitatē sectates. Et illud Heb. xij. Charitas fraternitatis maneat in vobis. per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio recepti. Hinc et Tullius ubi supra. In domo inquit hominis cari hospites multi recipiendi sunt. et admittenda hominum multitudo cuiusque generis. atque adhibenda est cura largitatis. aliter nimis ampla domus domino fit dedecori. si est in ea solitudo. et maxime si sub alio domino solita est frequenter. Odiosum est enim cum a pretereuntibus dicitur: O domus antiqua. heu quod dispari domino dominaris. Idem in li. iij. Decorum est inquit valde domos illustrium virorum illustribus hospitibus patere. hec Tullius. Et vocantur illustres viri modo divitiis et potentia vel honore seculi prediti. sed magis iusticia et bonitate conspicui. etiam si pauperes sint et abiecti. Unum Lactantius in libro de vere cultu. Non inquit illustribus. id est. divitiis ac potentibus in seculo debet patere domus iusti et sapientis. sed humilibus et abiectis. Nihil enim est a viro iusto faciendum quod non sit beneficium. Beneficium autem si refertur interit ac finitur. hec ille. Qui sonat illud in evangelio. dictum a domino Luc. xijij. Cum facis prandium aut cenam noli vocare amicos tuos neque vicinos divites. ne forte et ipsi reuiniet te et fiat tibi retributio. sed cum facis conuiuum voca pauperes. debiles. cecos. claudos. et eris beatus. quia non habent unde retribuerent tibi. retribueretur enim tibi in retributione iustorum. Denique circa rei familiaris administrationē instruendus est ut res ipsas siue pos-

sessiones temporales sollerter ac fideliter multiplicet. cante conseruet. prudenter dispensem.

## De illo qui voluerit continere.

Cap XXXVIII

**D**ixi si aliquis adolescentium inspiratus a deo volunt continere vel etiam religio nem ingredi. non debet a parentibus prohiberi. In illud Salomonis Proverbi. iij. Noli prohibere bene facere eum qui potest. si vales et ipse benefac. Ut enim ait apostolus. i. Cor. vij. Bonum est homini mulierem non tangere. Et paulopost Volo autem inquit omnes homines sicut meipsum esse. id est. virgines. Sed forte obieciet aliquis sicut refert Hieron. li. j. contra Iouinianum: Si omnes inquit virgines fuerint. quomodo stabit genus humanum. At in qua. Noli metuere. ne omnes siant virgines. quia res difficilis est virginitas. et video rara. Si omnes esse virgines possent. nunquam dominus diceret. qui potest capere capiat. hec Hieron. Illis ergo qui commode valent et volunt continere non expedit nubere sed potius sic permanere. iuxta illud apostoli ubi supra: Bonum est illis si sic permanerint sicut et ego. Et hoc propter duo. videlicet propter gloriam virginitatis. et propter incommoda vita coningalis. Virginitas enim meriti et premij magnam prerogativam non solum habet nunc in nostro testamento. sed etiam habuit quondam in veteri iam humano genere multiplicato. Unum Hieron. ad Eustochium. Olim inquit benedictio sola liberorum erat ubi adhuc orbis vacuus esset. paulatim vero se gete increcente messor immisus est. Itaque virgo fuit Helias. virgo Heliseus. virgines quoque multi filii prophetarum. Hieremias etiam propinquitate uxore prophetice accipe. Id ipsi et alijs propheta loquuntur aplius dices: Tempus breve est. reliquum est ut hi qui habent uxores

# Filiorum regalium

sunt tāq̄ nō habentes. hec Hieronym⁹.  
**Sic** Joseph ⁊ beata virgo se habuerūt  
 qui licet matrimonio coniuncti tamē vir-  
 gines pariter manserunt. **Un** idē Hiero-  
 ro contra Heluidū. **Tu** inquit Mariā  
 dicas virginē non permanisse: **Ego** mi-  
 bi plus vendico etiā Joseph virginē p  
 Mariā fuisse ut ex virginali piungio nasce-  
 ret filius xgo. et cū Maria xgo pmāsit  
 q̄ domini p̄ appellari meruit. hec Hiero.  
 Johannem quoq; p̄ ceteris aplis  
 dilectum volentez nubere dominus vo-  
 cauit de nuptijs. ut ipsum virginem vir-  
 go sequeretur ac prerogatiā acciperet  
 in premio virginitatis. de qua scilicet p̄-  
 rogatiā plenius dicetur infra. **Por-**  
**ro** incōmoda nuptiarum multa sūt  
 ⁊ a multis bonis impediunt. **Primo**  
 quidem a seruitio dei propter sollicitudī-  
 nem seculi. iuxta illud apostoli. j. Cor.  
 vii. Qui sine uxore est sollicitus est q̄ sūt  
 domini. quomodo placet deo. Qui aut̄  
 cum uxore est sollicitus est que sūt mūdi  
 ⁊ diuisus est. Propter hoc etiā in occi-  
 dentali ecclēsia ministri in sacris ordinib;  
 constituti prohibentur nubere. vt  
 dei seruitio libere possint vacare. De  
 hinc etiam impedit a studio sapientiæ. p  
 pter qd̄ ⁊ antiqui ph̄i maluerunt contine-  
 re q̄ nubere. **Un** Hiero⁹ contra No-  
 ninianū. Epicurus etiam inquit volup-  
 tatis assertor raro dicit sapiētibus inēn-  
 da esse coniugia. quia multa nuptijs ad-  
 mixta sunt icōmoda. Graue quoq; esse  
 viro sapienti venire in dubium vtrum  
 bonam aut malam ducturns sit. Fer-  
 tur ⁊ Aureolus theophrasti liber de nu-  
 ptijs in quo querit. an viro sapienti vx-  
 or ducenda sit: Et cum definisset si pul-  
 tra esset. si bñ morigerata. si honestatis  
 parētib;. si ipse quoq; sanus ac diues sit  
 sapientem. aliquā matrimonium inire sta-  
 tim intulit. hec rara in nuptijs vniuersa  
 concordare. Non enim inquit igitur vx-  
 or ducenda sapienti. **Primum** enim ex  
 patet impediri studia phie. nec posse  
 quēq; libis ⁊ uxori part⁹ inseruire. **Mul-**

ta etiam posse que matronarum vſibus  
 necessaria sunt. aurum videlicet gemmę  
 variaq; supplex. ac preciosę vestes. **De-**  
 inde per totas noctes contra virum gar-  
 rule questiones. illa quidez in publicum  
 pcedit ornatior. hec honoratur ab om-  
 nibus. ego in puentu fēminarum misella  
 despicio. **Cur** aspiciebas vicinā? **Quid**  
 cum ancillula loquebaris. de foro veni-  
 ens quid attulisti? **D**eniq; alterius amo-  
 rem suum odium suspicatur. **A**ttēden-  
 da est semper ei⁹ facies. ⁊ pulcritudo lau-  
 danda. ne si alteram aspiceris se estimet  
 displicere. **N**ocāda est domina. celebrā-  
 dus natalis eius. iurā dñi per salutem il-  
 lius. ⁊ ut sit superstes orandum. honorā-  
 da nutrix eius ⁊ gerula. seruus. patronus  
 ⁊ alumnus ⁊ formosus ascela ⁊ procura-  
 tor calamistratus sub quibus nominib;  
 adulteri delitescunt. **S**i totam ei domū  
 regendam commiseris seruendum est.  
**S**i aliquid arbitrio tuo reseruaueris fi-  
 dem sibi haberi non putabit. ⁊ in odium  
 vertetur ac iurgia. ⁊ nisi cito consulueris  
 an⁹ venena parabit. **A**urifices ⁊ institu-  
 tores sericarum vestium si intromiseris  
 periculum est pudicitię. **S**i vero prohi-  
 bueris iniuria suspicionis. **V**erū quid  
 prodest etiam diligēs custodia cum vx-  
 or sernari impudica non possit pudica  
 non debeat. **I**nfida enim custos est ca-  
 stitatis necessitas. **E**t illa vere pudica di-  
 céda est cui licuit peccare & noluit. **P**ul-  
 cra cito adamatur. feda facile p̄cupiscit.  
**D**ifficile custodit qd̄ plures amāt. **M**o-  
 lestem est possidere qd̄ nemo habere di-  
 gnetur. **M**inore tamē miseria deformis  
 habetur q̄ formosa seruatur. **N**ihil tu-  
 tum est in quo totius populi vota suspi-  
 rant. aliis forma. aliis ingenio. ali⁹ fa-  
 scenninis. aliis liberalitate sollicitat. ali⁹  
 quo modo expugnatur qd̄ vndiq; laces-  
 situr. **S**i propter dispensationē dom⁹  
 ⁊ lāguor⁹ solacia ⁊ fugam sollicitudinis  
 ducit uxores. multo meli⁹ seruus fide-  
 lis dispēsat obediens auctoritatī dñi. ⁊  
 dispositiōi ei⁹ obtēperās. q̄ uxor q̄ i eo

# De eruditione

se estimat dominaz si aduersus viri faciat voluntatem. id est. qd placet non qd inbetur. **A**ssidere aut egrotati magis possunt amici vernule beneficis obligati qz illa que nobis imputet lachrymas suas et hereditatis spe vendat in gluuiem. et sollicitudinem iactans languentis animum conturbet. **N**isi languerit coegrotanduz est. et nūqz ab eius lectulo recedē dum. **A**ut si bona fuerit et suavis vxor q tamen rara avis est. cum parturiente gemimus. cuz periclitante torquemur. **S**a piens autē nūqz solus esse potest. habet enim secū omnes quicqz sunt. quicqz fuerūt boni. et animū coz quoqz vult transfert. **N**unqz minus solus erit qz cū solus fuerit. **D**orro causa liberorū vxore ducere. ut vel nomine nostrū non intereat. vel habeamus senectutis p̄sidia. et certis utamur hereditib⁹ stolidissimū est. **Q**uid enim ad nos pertinet recedentes e mūdo si nomine nostro aliis nō vocetur. cum et filius non statim patris vocabulum referat. et innumerabiles sint qui eodem appellantur nomine. aut que senectutis auxilia sunt nutrire domi qui aut prior te forte moriatur. aut peruersis moribus sit aut certe cum ad maturam etatem veniret tarde ei videaris mori. **H**eredes autē meliores et certiores sūt amici et ppinqui qz iudicio eligas qz qz velis nolis habere cogaris. licet certa hereditas sit. **M**elius est dum viuis bene vt substantia tua qz tuo labore quesita in incertos usus relinqueret. hec et huiusmodi **T**heofrastus differens quem non suffundat christianorum quorum conuersatio in celis est. **C**icero quoqz rogatus ab **H**ircio ut p⁹ repudium **L**erentie sororem eius duceret. omnino facere supersedit. dices se uxori non posse et p̄bie pariter operam dare. **G**eorgias rhetor librum pulcherrimū de concordia grecis tunc inter se dissidentibus recitauit Olympie. **C**ui **M**elacius inimicus eius. hoc vobis iquit de concordia precipit qui se et uxorem et ancillam tres in una domo concordare nō po

tuit. emulabatur quippe vxor eius alie le pulcritudinem. et castissimū virū quotidianum iugis exagitabat. **T**ota deniqz amoris uxorie iselectio apud **P**latonem posita est. et omnia eius incomoda lysias explicat. q non in iudicio sed furore ducat uxor. et maxime uxoris pulcritudinis grauissimus accubet custos. **h**ec **H**iero. **D**orro sicut refert **V**ale rins maxim⁹. **S**ocrates ab adolescēto consultus utruz uxorem duceret. an ab omni matrimonio se abstineret. respōdit: utruz horum fecisset ipsum penitentiam acturum. **N**am hinc te inquit solitudo ibi te orbitas excipiet. **H**inc generis interitus. illic heres alienus. illic perpetua sollicitudo contextus querelarum dotis ex comprobatio affinium grane supercilium garrula soci⁹ lingua. successor alieni matrimonij incertus. liberorum evenitus. **h**ec **V**alerius. Deniqz sicut dicit et **Q**uidius in libro methamorph. I. **I**mminet exitio vir coniugis illa mariti. **F**ili⁹ ante diem patrios inquirit in annos vel honores. **L**ui consonat illud propheticum. Micheg. vii. **A**b ea que dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui. quia filius contumeliam facit patri. filia consurgit aduersus matrem suam. nū contra socrum suam. et inimici hominis domestici eius. **H**ec de incommode coningalis vite. propter que multisapientū ut dictum est refugerunt nubere. **V**erū tamen quia difficilis. et ideo rara est sinceritas pudicitie coningalis. in quibusdā et maxime in antiquis patribus apud deum videtur equiparari statui vel merito virginitatis. **A**nde Aug. in libro de bono coningali. Illi inquit etiam si qui forte nunc inueniuntur qui non in connubio querunt nec appetunt. nisi tantum id propter qd nuptie institute sunt coequa ris sanctis patribus non possunt qui operi nuptiali ad propagationē intenti sūt. **I**n istis enim qui nunc sunt carnale est ipsum desiderium filiorum. in illis autem spirituale erat. quia sacramēto illi⁹ ipsi

# Filiorum regalium

congruebat. eademq; rena charitatis nūc spūaliter & tūc carnaliter ppter matrē nostrāz bierusalem erant filij propagandi & virtutes qdē aī aliquā i ope patēt aliquā habitu latēt. Quo circa sic nō est impar meritū patietie in Petro q; passus est. et in Iohē q; passus nō fuit. Sic uō est impar continētiē meritū in Iohāne q; nullas expert; est nuptias. & in Abraā qui si lios generauit. Siquidēz & isti? celibat? & illi? p̄nubī christo militauerūt. p̄ distri butione temporū sed cōtinentia Jobes ī opere tenebat. Abraā vero in solo habitu habebat. Res igit; ipsas si cōparem? nullo modo dubitandū est cōtinētiē castitatem esse meliorē q; castitatem nuptiale. Hōies vero cū inter se cōpam? ille melior est qui bonum amplius habet q; alii. Meli? est etiā oīa bona vel minorā tene re q; magnū bonū cuī magno malo habere. Nā & in bonis corporib; meli? ē habere saturam cachei cum sanitatem q; statutam Solie cū febre. hec Aug. Et hec ad p̄fēs de adolescētiū regimine ac di sciplina sufficiant.

## De puerib; euacuādis in vi līctate. Cap XXXIX

**O**lm autē p̄ etatū priorū gradus ad virilē statum accesserint. tūc quidē oportet implere qdē dicit aplus. i. Cor. xiiij. Cū essem parvulus loquebar ut parvul? cogitabā ut parvul?. sapiebam ut parvulus. qnā aut factus sum vir euacuavi q; erāt parvuli. Siquidēm licet in morib; puerorū quēdā sunt laudabilia. & ob hūmitanda plurima inde nihilomin? etiā sūt vitāda. Nam imitanda quidē est in eis innocētia. sī illud apostoli. i. Cor. xiiij. Malitia inquit parvuli estote. sensib; aut pfecti. Imitāda est etiam hūilitas. sī illud verbū dñi Math. xvij. Quicūq; īquit hūllianerit se sicut parvul? iste. h; est maior in regno celoz. Imitāda est itez vite puritas sine castitas. Ob hoc. n. post cōmēdationē castitatis oblati sunt ei par-

vuli & benedixit eis. ut legit; Math. xij.

**D**oro vitāda sūt in eis ea q; pprie dicunt puerilia. Verbi grā. Mōstruosum est & aboīabile hoīem iam virū vel senez māmillā singere. multoq; magis pueriles mores retinere. Hoc est enī qdē odit dñs sc̄z senē fatuū. vt legit; Ecc. xiv. Hinc etiā dicit; Isaic. lxv. Puer centū annoz moriet. & peccator cētu z annorum male dictus erit. Sicut enim peius est bestia lem esse q; bestiaz. quia bestiam esse est a natura. bestialē ex vitio. sic peius est puerilem esse q; puer. Vñ Seneca ad Lucilium ep̄la. iiij. Lenes inquit memoriam q̄tū gaudiū senseris cū p̄texta posita virilē togā sūpsisti & in forū deductus es. Vñius expecta cū puerilē animū depōsueris. & te in viros phig trāstuleris. adhuc enī nō pueritia. sī qdē ē graui? pueritas remanet. & h; quidē pei? est qdē habēmus auctoritatē senū. sed vitia puerorū. nec puerorū tm sed infantium. Illi leuia bi fallsa formidāt nos. vtraq; hec Seneca. Euacuanda ergo sūt puerilia viro. sicut testat aplus de seipso. videlicet pueriliter loqui. h; est sine p̄meditatiōe ac īdicio & deliberatione. Nam ecōtra dicitur de viro īsto qdē disponit sermones suos ī īdicio. Et alibi. Os īstī ī meditabitur sapiētiā. & lingua eius loquet īdiciū. Item pueriliter cogitare sc̄z de solis p̄sentib; & nō de futuris p̄uidere. īxta illud Deut. xxij. Utinā saperēt & intelligerent ac nouissima prouiderent. Vñ & dicit; Proverb. vij. Vade ad formicam o piger & cōsidera vias eius. & disce sapientiam quę cum nō habeat du cem. nec p̄ceptorem. nec principē. parat sibi īestate cibū. & p̄gregat in messe qdē co medat. Hinc & Ecclesiastes. iiiij. Melior ē puer paup̄ & sapiēs rege sene & stulto q; nescit p̄uidere in posterz. q; & de carcere catenisq; interdum quis egrediatur ad regnum & aliis natūs in regno inopia consumatur. Itēz pueriliter sapere qdē ē temporalia spiritualib; p̄ferre. sicut pueri poma vel huiusmodi minima solent

# De eruditione

plusq; hereditatem suā diligere. Unde dicitur ab eodem apostolo. i. Cor. viiiij. Nolite pueri effici sensib;. Tales enim assimilantur Esau qui dedit primogenita sua pro vililenti edulio. sicut legit Gen. xxv. Nec itaq; tria merito se dicit aplus euacuisse scilicet pueriliter loqui cogitare sapere. **P**er hanc puerorū virtutem quedam sunt propria et ob hoc evananda siue vitanda. **T**ertium est stultitia. de qua dicitur Proverb. xxiij. Stultitia colligata est in corde pueri. propter quod ut dictum est dicit apostolus. Nolite pueri effici sensibus. **S**ecundū est imuditia. ut in luto sedere vester deturpare et huicmodi. Sic faciunt viri vel senes in vitiis commorantes. iuxta illud Hier. xlviij. Fertilis fuit Moab ab adolescencia sua et requieuit in fecibus suis. **T**ertium est incōstantia. de qua dicitur Proverb. xix. Puer qui dimittitur voluntati sue confundit matrem suam. Tales sunt qui modo voluntur unū. modo aliud. Et illud Proverb. xix. Vult et non vult piger. Hodie siquidē aggrediuntur viam paradisi. cras viaz inferni. una die edificant. una die destrunt. iuxta illud horatij in libro epistola ad perit quod nuper omisit. Estuat et vite disconuenit ordine toto. Diruit edificant multat quadrigata rotundis. Hoc est quod dicit Salomon Proverb. xv. Cor stultorum dissimile erit. sibi ipsi. Ideo dicit Cato Sperne repugnādo tibi tu cōtran̄ esse. Conueniet nulli qui secum dissident ipse.

**Q**uartū est inuercundia. qua scilicet pudenda sua denudat. et similia. Sic faciunt qui peccata sua pudenter publicat. Et illud Isaie. iiiij. Deccatum sunt quasi sodoma predicatorum. nec abscondentur. **Q**uintum est puerilis amor quo concupiscere solent pulchra etiam nocua ut carbonē ardente. vel gladii et similia. Sic faciunt qui pulchritudine carnalem vel mundanam videntes statim concupiscunt. non attendentes. quod ait Hieron. species mulieris est quasi gladii igne-

us. iuxta illud Ecd. ix. Propter speciem mulieris multi perierunt. et ex hac concupiscentia quasi ignis exardescit. Hinc et illi seni dicunt malorum inueterato. dicitur Daniel. xij. Semē Chanaan et non iudea. species decepit te. et concupiscentia subuertit cor tuum. Ideo dicit Salomon Proverb. j. Usqueq; parvuli diligitis infantiam. et stulti ea que sibi noxia sunt cupiunt. et imprudētes odibunt sciētiam. Et Seneca ad Luciliū epistola. xxxvij. Numera inquit annos tuos et pudebit ea velle quod puer volueras. Hinc et Martialis coquus. Hoc inquit nostri male computantur anni. Infantes sumus et seni videam. Non habere sed valere vita est. **S**extus est puerilis timor quo timet etiam falsa plus quam vera. ut socios larvatos plus quam malignos. et leuia magis quam grauia. ut virginem matris plus quam gladium hostis. Sic et illi faciunt qui vanitatem diligunt. Nam ex amore vano sequitur vanus timor. Et illud ps. Posuisti firmamentum eius fortitudinem. Unū et alibi. Illic enim inquit trepidauerunt timore ubi non erat timor. **C**ōtra quod dicit Esa. viij. Timorem eorum ne panicatis. sed dominus exercituum ipse sit paucorū vester. et ipse timor vester. Et iterum. li. Nolite inquit timere opprobriū hominum. et blasphemias eorum ne timeatis. Sicut enim vestimentum sic comedit eos vermis. et sic lanam sic devorabit eos tinea. Et iterum. Quis tu inquit ut timeres ab homine mortali. et a filio hominis qui quasi fēnū ita arescit et oblitus es domini factoris tui. **Z**. Hinc etiā Mathathias filios suos exhortās. j. Machab. ij. A verbis inquit viri peccatoris ne timeritis quod gloria eius sterius et vermis est. hodie extollit et cras non inueniet. Et dominus in euāgelio Math. x. Nolite inquit timere eos qui occidunt corpus. animā autem non possunt occidere. sed potius eum timere qui potest animā et corpus perdere in gehenam. Et reuera quia non timent ubi maxime est timēdū: recto iudicio sequitur ut timeant ubi non

# Filiorū regalium

est timendū. Unde pbs. Deū inquit tū me & omnia quæ timebūt te. at omnia timēbis si deum nō timueris.

**Quare p̄terita debet recolare & p̄sentia attendere.**

**Cap XL**

**D**Eniqz quia vir a virtute nominat. qui ad etatē virilem accedit. studeat esse qd dicitur. Nam ut legitur **Esaie. xij.** P̄ciosior erit vir auro. Et qm̄ etas illa fortior est ceteris. & inter pueritā & seniū velut i meditullio. ut sit animal oculatum intus & an & retro. debet p̄terita recolere. futura prouidere. ac p̄sentia nihilominus attendere. iuxta illud **Henece in libro de virtutibus.** Tribus inquit temporibꝫ animi tuus dispensemur. p̄sentia ordinata. futura p̄uide. p̄terita recordare. Hinc ē etiā illud **Deut. xxxij.** Utinam saperet & intelligerent ac nouissima prouiderent.

**R**ecolat ergo p̄terita sc̄z mala & bona. sine miseras & bñficia. Miseras inc̄qz penarū & etiā culparū. Nā vtraqz misera sc̄z p̄gn̄ & culpe initii habet ab ipsa hominis origine. Idcirco vir nobilis ad repressionem elationis ex ipsa nobilitate surgentis recolat originis p̄prie miseras & immūdiciam. exemplo sapientis in li. sapientie. vii. dicentis: **S**um quidē & ego mortalis homo similis omnibus & ex genereterno illi qui prior factus est. & in ventre matris figuratus suz caro. decem mensū tēpore coagulatus sū in sanguine ex semine hominis & delectamēto somni conuenientis. Et ego natus accepi cōmūnem aerē & in similiter factā decidi terrā. & primā vocē omnibus simile emisi plorans. in inuolumētis nutritus sū & curis magnis. Nemo. n. ex regibꝫ aliud habuit nativitas initii. hec ille. Et in hoc sugillat quorūdū magnatū supbiā. qui nec originē suā nec finem cogitant. sed tm̄ p̄sentem gloriam. Audiāt itaqz qd dīc beatus **Bern.** in libro. i. ad **Eugenii papā.**

**S**alubris copula ut cum cogitas te sūnum pontificē. attendas pariter vilissimum cinerē. non. quidē fuisse s̄ esse. De niqz si sericaz & gēmas & metalla & hmōi cūcta quibus suffarinatus incedis. veluti quasdam nubes matutinas velociter transeūtes a facie cōsiderationis tuę disipans exufflaueris. occurret tibi homo nudus & paup & miserabilis ac miser. homo dolens qd homo sit. erubescēs qd nudus sit. plorās qd natus sit. murmurans qd homo nat⁹ sit ad labore nō ad honorem. hō natus de muliere & ob hoc cū reatu. breui viuens tēpore. & ob hoc cū metu replet⁹ multis miserijs. & ob hoc cū fletu h̄c te cōsideratio tenet in te. nec te auolare sinit. nec ambulare in magnis & mirabilibꝫ sup te. hec **Bern.** De hac quoqz originis hūanḡ miseria dicit **Aug⁹. in li. de ciui. dei. xxj.** Quis non exborreat & mori eligat si ei pponat. aut mors p̄cipie da aut rursus infantia. Que quidē quia non a risu sed a fletu orditur hāc lucem. Quid malor̄ ingressa sit. pphans qdā modo nescies. Solū qn̄ natus est ferūt risisse & **Oroastem.** Nec ei boni aliquā mōstruosus ille risus portēdit. cū luce artium magicarū inuentor. & rex **Bactria.** norum a **Qino** rege assyrior̄ bello superatus sit. Deniqz sicut legit **Ecc. xl.** Occupatio magna creata est omnibꝫ hominibus & iugū grane super filios Adam. a die exitus de ventre matris eoz usqz ad diē sepulture in matre omnī. cogitationes eoz & timores cordis adinuentio expectationis & dies finitionis a p̄sidēte super sedem gloriosam usqz ad humiliatum in terrā & cinerē ab eo q̄vtitur hyacintho & portat coronā usqz ad eū qui cooperit lino crudo. Ecce qd nullus excipit ab illo grani iugo. Qui ergo hec in memoria recolit. miseriā cognoscēs. humilitatez cōcipit. Et sicut mala p̄gn̄ recoleda sūt ad se. humiliādū. sic & mala culpe ad p̄nitēdū atqz dolēdū. sūm illud **Ezechie** qd legit **Esa. xxvij.** Recogitabo inquit omnes annos meos in amaritudine aīe

L

# De eruditione

meę in quibꝫ duo genera sūt deſſenda. sc̄ peccata cōmīſſa 7 tēpora p̄dita. **Vñ** beatus Bern. i quodā ſermone. Pax inq̄t placet ei vītē nouitas qui nondū vetera plāgit peccata. s. admissa. 7 tēpus amissū. Itaq̄ peccata recolēda sūt ad curandū 7 emendandū. tēpora vero ad recuperandum. De curatiōe peccatorū dicit Maximian. Nō intellecti nulla eſt curatio morbi. Cōtra vero dicit Seneca Lucilio. Initū ſalutis eſt notitia peccati. Et ſicut vigilat̄is eſt narrare ſomniū. ſic peccata ſua p̄teri ſanitatis eſt in diſciū. Idē in agomēnone. Quē peccasse p̄gnitet pe ne innocēs eſt. Ut autē dicit Aug⁹ in li. de p̄gnitētia. Satisfactio p̄gnitētis ē pec catorꝫ cauſas excidere. nec coꝫ suggestio nibus aditū indulgere. Et ut ait Pro ſper in libro. ij. de vita contemplatiua. Peccatis diſsimilia sūt adhibēda reme dia. ſicut ex diſsimilibus cauſis veniunt ipſa peccata. Si quidem ut dicit Hiero. ſuper Marcum. Quinſq; vulnērī medicina adhibēda eſt ei propria. Nō enim ſanat oculum qđ calcaneum. Jeu nio ſanantur paſſiones corporis. oratio ne vero ſanāde sūt peſtes mentis. Hinc de maligno ſpiritu ab homine expulſo dictuꝫ eſt a domino. qđ hoc genus nō ej citur niſi in oratione 7 ieunio. De tem porum recuperatione. dicit apōſtolus Ep̄b. vij. Redimentes tempus quoniā dies mali ſunt. Hinc 7 Seneca in li. de naturalibꝫ queſtiōnibꝫ. vij. Obiūciat ſibi ſenectus annos inter ſtudia vana cō ſumptos. 7 damaꝫ etatis male exemptę laboꝫ ſartiat. occupationes reddantur patrimonij longe cura ſalvatur. Si enī totus animus vacet 7 ad contemplatiō nem ſui ſaltem in ipſo fine respiciat faciet ac ſibi iſtabit 7 quotidie breuitatem temporis metiens. quicquid amissum eſt diligēti vītē p̄ſentis vīſu recolliget. Fi deliſſimus enim eſt ad honesta transiſtus. Ex penitētia itaq; iuxta poetarꝫ. tollim⁹ ingentes animos 7 maxima paruo tem pore molimur. Faciamus iſgit 7 qđ itine

re fieri ſolet. Qui tardius extimus veloci tate peneſtantes moram festinemus ma gnūq; op̄ absq; etat̄ excuſatione trac te mus. Crescit anim⁹ quotiēſcepti magni tudinē oñdit. 7 cogitat qđiū p̄poſito nō qđtuꝫ ſibi ſuperſit. hec Seneca. Prop̄ hāc tpiſ recuperationem dicit Lullius in oratione de Cathilina. Vultos au diui 7 vidi qui totam adolescentiam vo luptatibus dediſſent ſe ad frugem bona recepiſſe. graues homies atq; illuſtres fuifſe. Debet etiam ut dictum eſt re colere beneficia p̄pterita ad retribuendū maximeq; bñficia dei 7 parentū. Be neficia inq; dei. de qbus dicit beatus Bern. ſup psalmū: Qui habitat. Aga muſ fratres gratias factori noſtro. bene factori. redemptori. remuneratori noſtro. Primum enim qđ nobis p̄ſtit eſt qđ ſumus nos. quoniā ipſe fecit nos. Fe cit inq; 7 fm corpus egregiam creaturam ſed magis fm animam. utputa imagine creatoris. inſignem rationis partitipem ſempiterne beatitudiniſ capacē. Porro fm animū maxime p̄z ceteris admirandam creaturis ſibi coherentem incōpre hēſibili artificio. iuſtigabili ſapiētia cō ditor. Porro i ſecūdo bñficio qđ copi osus. qđ liberaliſſim⁹. qđta nobis largit̄ eſt ad ſuſtentationem. qđta ad eruditio nem. qđta ad cōſolationē. qđta ex h̄iam ad correctionem. qđta etiam ad delectationem; verum hec duo beneficia gratis 7 dupliſt̄ impēdit. hoc eſt ſine merito et ſine labore noſtro. Ceterum o homo in grate ex hocia tertiu opus redēptionis tuę attende. Gratis etiam hoc p̄ſtituꝫ ſed grati qđ ad te pertinet. nō gratis qđ ad illum. Nempe ſalvus factus es. p ni hilo ac certe non de ni hilo. quid ad hoc dormitat affectio? Imo vero mortua eſt illa non dormit que huic beneficio non repondet. que ſe totam in gratiarum actionū 7 vocē laudis non effundit. Itaq; fecit te deus tuus. fecit tam multa p̄pter te. fecit 7 ſeipſum propter te. factus eſt ip ſe caro vna tecum. te quoq; ſecum facit

# Filiorum regalium

spiritu vnu. Non recedant quatuor hec a corde non ab ore non a memoria non ab affectione hec Berni. At nos ut id est alibi dicit in eodem tractatu. Non attendimus ut minus attendimus reverentiam presidentis custodiam protegentis beneficia largietis ingratia gratia imo tam multiplicibus gratiis quibus preuenit nos et subuenit nobis. Et nunc quidem per se implet splendoribus animas nostras nunc per angelos visitat nunc per homines instruit nunc etiam per scripturas consolatur et erudit. Quid nos solis nobis non assumus et soli nos metipso negligimus an quia nobis vnde subuenit ideo nobis est dissimilandum imo vero propterea studiosius est vigilandum. Non enim tam magna pro nobis in celo pariter et in terra sollicitudo gereretur. si non magna nobis incumbere necessitas videretur hec Berni. Hoc igitur at tendens quis dicat cum David: Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi. Cui scilicet questioni respondeat Micheas. vi. Indicabo inquit tibi o homo quid sit bonum et quid dominus requirat a te. ut facere iudicium et diligere misericordiam et sollicitum ambulare cum deo tuo. **B**eneficia quoque parentum recolere debet ut procreationes educationem eruditionem et huiusmodi ac rependere vicem ut impleat quod dicitur Ecclesiastes. vii. Honora patrem tuum et gemina misericordia ne oblitiscaris: Memento quoniam illi per illos non fuisses et retribue illis quomodo et ipsi tibi. Vix de hac materia plenus dictus est supra. **D**ebet nibilominus attendere presertim videlicet statum proprium et vanitatem rerum temporalium. In statu proprio debet considerare non solum exteriora sed multo magis interiora. Nam ut dicit beatus Berni in sermone de capite ieiuniij. Miser homo qui totus pergit in eo que foris sunt et ignorans interiorum suorum putans se aliquid esse cum nihil sit ipse seducit siquidem in bonis huicmodi. Prete-

rea dicit post. Sicut aqua effusus es et dispersa sunt oia ossa mea. Alius quoque propheta: Comederunt inquit alieni robur eius et ipse nescivit. Attende sollerter homo quid diligas quid metuas vnde gaudeas vel tristis. quia totum cor in his quatuor affectionibus existit de quo prophetaz dominus dicit: Couertimini ad me in toto corde vestro. Quae quidem spiritualis conuersio nequaquam una die valet perfici. Utinam vel in omni vita qua degimus in hoc corpore valeat consummari. Ibi ergo attendenda sunt homini duo scilicet prefectus ne deficiat et defectus ut proficiat. Nam ut dicit beatus Berni. Si prefectum suum homo non intelligit quomodo illo gratias agit. Ideo dicitur. j. Cor. ij. Accepimus spiritum qui ex deo est ut sciamus quem a deo donata sunt nobis. Nam sinefscimus ingratissimus ac per hoc fontem gratiae nobis desiccamus. Ut enim dicit Berni. Ad locum unde exirent flumina gratiarum revertuntur ut iterum fluant. Econtra vero ingratitudo nouera est gratiae siccans fontem misericordie. Magis etiam opus est nobis defectos nostros quam perfectus attendere imo perfectus ut dicit beatus Gregorius oportet quodammodo videndo non videre. videndo scilicet ad gratiarum actionem non videre ad elationem. Unde idem Gregorius in moral libro. xxij. Viri sancti inquit et si intelligendo congaudent muneri largitoris. magnentes tamen considerant debitum operis. More quoque viatorum non debemus aspicere quantum iam egimus sed quantum superest ut agamus amplius bona que nondum fecimus quam ea que iam nos fecisse gaudemus hec Gregorius. Hinc etiam beatus Berni super psalmum: Qui habitat. Hec est utique magna virtus et summa securitas cum et pie vivis et tamquam plus attendis quem tibi desunt quam quem obtinuisse videris. oblitus quem retro sunt et in anteriora te extendens hec Berni. **D**orro de consideratione vanitatis rerum dicit Ecclesiastes. j. Vidi cum etiam

# De eruditione

que sunt sub sole. Et ecce vniuersa vanitas. Recte dicunt vanitas. quae nec conseruent plenitudinem continent. nec fulcimentum innitent. nec faciet comedenti. i. prouident. Ideo talium amatori dicitur in ps. Ut quid diligitis vanitatem et que ritis mendacium? Propter hoc igit vanitas attendat ut contemnatur. Nam ut dic Tullius in tusculanario li. v. Non sunt ea bona dicenda nec habenda quibus abundantem licet esse miserrimum. Ceterum ut dicit Seneca Lucilio. Contemnere aliquia oia potest. habere oia nemo potest. Preuis sima igitur ad divitias via per contemptum divitiarum est. Huius vanitatis et glorie mundane contemptum insinuat sapiens. Job. v. Ego inquit vidi stultum firma radice et maledixi pulcritudine eius statim. quod exponebat dicit Gregorius. Stultus firma radice quasi per amena prata ad carcerem peruenit. dum per prospera vite presentis ad infernum tendit. Non nulli vero cum quorundam gloria cernunt. magnum aliquid estimant. sed cum eos morientes aspiciunt quod humana gloria nihil sit cum gemitu fatentur. et dicunt: Ecce quod nihil est hoc. Qui hoc verius dicerent. si cum gloria hominem cernerent. tunc etiam eius interitum cogitantes transirent simul ei potentiā nihil esse sentirent. Unde itaque dicitur: Maledixi pulcritudini eius statim. Ac si dicerebat: Contra stulti pulcritudinem mordere non habui. quia tamen hanc cernerem simul et pugnam sequente vidi. cuiusque potentiam reprobari. Huc usque Gregorius insinuat et vanitatem felicitatis mundane presentem et pugnam sequentem. iuxta illud Proverbiis. xiiiij. Extrema gaudia luctus occupat.

**Qualiter etiam futura debet pruidere.** Cap. XL I

**O**abet etiam pruidere futura. s. mala et bona. Mala ut sibi precaueat. bona ut acqrat. Mala inquit ut senectutem et mortem et gehennam. Memoria siquidem vel prouidentia

istorum omnium vilescere facit ac despici vocationem et palium. Unde de memoria senectus dicit Ecclesiastes. xj. Si annis multis viventer hoc et omnibus his letus fuerit. meminisse debet tenebrosi temporis et dixerit multo. qui cum venerit vanitatis argutie perpetua. De memoria mortis dicit Ecclesiastes. viij. Memorare nouissima tua et in eternum non peccabis. Ut enim dictum est supra iuxta Gregorium. Quae sit carnis substantia testatur sepulchra. Sed multi volunt mortem recolere propter dulcedinem vitae et amaritudinem ipsius memorie. de quo dicit Ecclesiastes. xlj. Quae mors quam amara est memoria tua. hoī invicto et pacē habeti in substantiis suis. viro quieto et cuiusvis directe sunt in omnibus. et adhuc cœlaleti accipere cibū. Porro de memoria pugne gehenalem dicit Job. xxxj. Et ego quoniam recordatus fuero perfume scō. et cōcutit carnē meaz tremor. Ut enim dicit aplius ad Hebreos. x. Horrendum est incidere in manus dei viventis. Dicit enī Hieronimus super illo verbo Isaiae. xxvij. Cum catico non bibet vinum. quod preteritarum delitati recordatio erit materia cruciatuum. Unde et in inferno dicturi sunt. ut legitur Sapientia. v. Quid nobis profuit superbia. aut quod divitiarum iactantia portulit nobis: transire. unt oia illa tacita umbra et ceterum. Qualiter senectus mala sit. i. penaliter. dicit Benedictus pbus. Senectus inquit est tacitum malum. mors viventium. incolumis lagor. spiritus mors. Hic et Hieronimus super Amoris libro. ij. Mala inquit senectus sunt crebrè infirmitates. ocli calligates. tibig lacessetes. detes inter cibos cadentes. Debet etiam dicit Oratius in poetria. Multa senē circumueniunt incomoda vel quod querit et invenit miser abstinet actimet ut. Vnde quod res oes timide gelideque misstrat. Dilator speluncorum iners auditusque futuri. Difficiliter quodlibet laudator epis acti. Se pueri castigator censorum minor. Itē Maximianus. Tu me sola tibi subdis miseranda senectus. Cui cedit quicquid vincere cuncta solet. Stat tremulus dubiusque senex semper malorum. Greduus. et stultus qui facit ipse timet. Laudat

# Filiorum regalium

preteritos presentes despicit annos. Hoc tamen rectum quod sapit esse putat. Sed solu-  
ctum se indicat esse peritum. Et quod si sa-  
piens despiciat ipse magi. Deficit auditor  
nec deficit ipse loquendo. O sola fortis  
garrulitate senes. Contra hunc malum du-  
plex est remedium. videlicet ut contra illud  
se premuniat et quantum potest illud diffe-  
rat. De primo dicit Seneca Luci-  
lio. Juveni est parendum. seni utendum.  
Hoc quod dicit Ecc. xxv. Que in iuuen-  
tute tua non cōgregasti quod inuenies in  
senectute tua? De secundo sciendu-  
m quod senectus acceleratur in plurimis quod vi-  
ta carnis et animi: Ideoque pro abolitione  
istorum potest diffiri. Unum Lullius in libro de  
senectute. Sicut inquit contra morbum. sic  
contra senectutem est pugnandum. et habenda  
ratio valitudinis. Utendum est igitur ex-  
citationibus modicis. et tamen cibi ac potus  
adhibendum ut vires reficiantur non opri-  
mantur. Potest. non exercitatio et tempera-  
tia etiam in senectute aliquod pristini robori  
coquare. Nec corpori tamen subueniendum est.  
sed animo multomagis. Nam quod senes  
ant. stultos. credulos. obliuiosos et dis-  
solutos. non sunt hec virtus senectutis sed  
inertis ignorantie ac somniculose senectutis  
Sicut enim petulantia vel libido magis est  
adolescentium quam senium. nec tamen omnium adol-  
escientium sed improborum: Ita ista senium stu-  
ticia que deliratio dicitur. senium est non omnis  
sed leuum. hec Lullius. Denique sicut legi-  
tur Ecc. xxx. Telus et iracundia minuit  
dies. et ante tempus senectam adducunt cogi-  
tatus. His etiam consonant medici (ve-  
rbi gratia) Rasch in almasote. Sanita-  
tem inquit permanere est in motu et quiete in  
cibo et potu. nec non et insuperfluitum ex-  
pulsionibus mensuram obseruare. domos  
et loca cetera in quibus maneri debet tem-  
perare. malum etiam accidetibus anno augme-  
tum capiat obuiare. animales quoque co-  
gitationes refrenare et prouertudines serua-  
re. Averina quoque in primo canone medici-  
ne dicit. quod sanitas corporis et aetatem simul in  
temperantia mortis persistit. Porro de ma-

lo mortis dicit Secundus phus. Mors  
est eternus somnus inenitabilis euentus  
hominis latro. friga vita. omnis resolutio  
Et recte dicit eternus somnus. quod somnus  
est mortis imago sicut phus. Dicit  
et inenitabilis euentus. quia sicut legitur  
in proverbiis sapientum. Homo vita co-  
modatus est non donatus. Unum dicit Eccliesiastes. ix. Nemo est qui semper vivat et  
qui huic rei habeat fiduciam. Hinc  
et in pslogion dicit Anselmus. Nihil mor-  
te certius. nihil hora mortis incertius.  
Ideo recte quoque dicitur hominis latro:  
iuxta illud euangelicum Matth. xxiiij. Si  
sciret paterfamilias qua hora fur veniret  
vigilaret utique tecum. Et sic latro multimo-  
das hominibus tendit insidias. sic et mors  
Iuxta illud Statij in thebaide. Mille mo-  
dos leti miseris mors una fatigat. Hic  
et Prosper in libro. epigrammatum. Ferro  
peste. fame. vincis. ardore. calore. Mil-  
le modis miseris mors rapit una homines.  
Item Quidius in libro. epigrammatum. Occurrunt ait  
pereundi mille figure. Morsque minus pro-  
longata mors habet. Dicit et omnis  
resolutio iuxta illud Quidij in libro. metha-  
morph. x. Vix debentur morti pauliusque  
morati. Seruit autem citius metu ppteram  
ad unam. Ideo sicut legit Ecc. xlj. Ho-  
num est iudicium mortis. quia non est pso-  
narum acceptrix. Unum Boetius de consolatione. ij. Mors spernit altam gloriaz.  
innovavit humile pariter ac celum caput  
equaque summis infima. Hinc et Oratio  
in libro. carminum. Pallida mors equo pul-  
sat pede pauperum tabernas regumque tur-  
res. Equa tellus pauperi recluditur re-  
gumque pueris. mors ultima linea rerum est  
Item Quidius sine titulo. in libro. iij. Sci-  
licet omne sacrum mors importuna pro-  
phanat. Omnibus obscuras iniicit illa  
mannus. Et iterum Claudianus in minori.  
loquens ad ipsam mortem dicit: Sub  
tua purpurei venient vestigia reges. De  
posito luxu turba cum pauperem morti. Om-  
nia mors equat. Ideo dicit et Hildebertus  
cenomanensis. episcopus. Inter opes et delicias

## De eruditione

populiq̄ saniores. **N**oc animo recolat. **S**tua lingua sonat. **M**ors dominū seruo mors sceptrā ligonibus equat. **D**issimiles simili conditione trahens. **I**taq; cōtra hoc malum est duplex etiāz remedium videlicet ut homo mortē ipsam contemnat. et ut contra illam se paret ac munit. **D**e contemptu mortis dicit **Cato**. **F**ac tibi pponas mortem non esse timendam. **Q**uę bona si non est finis tamen illa malorum est. **D**ebet autē contemni ex causa dupli. **P**rimo scz qz inevitabilis est sicut iam superius ostensum est. **V**n de **Seneca** in libro de remedij fortitorum. **S**tultum est inquit timere qd vita re non possis. **A**et **Varro** ad Athenensem auditorem. **A**um natura inquit litigat qui mori graue fert. **D**uplexq; malum est cuz moleste ferimus qd necesse est. **I**deo dicit **Tullius** in libro de senectute. **S**apientissimus quilibet equissimo moritur animo. et ex hac vita discedit tanq; ex hospitio non ex domo. **C**ōmorandi namq; dinerosorum natura nobis dedit non habitnadi. **S**ecūdo contēni debet. quia tolerabilis est. **N**az in se nō est multum dispendiosa. quin etiam plerumq; fructuosa. **D**e primo dicit **Seneca** in libro de naturalibus questionibus iij. **P**usilla res est hominis vita. sed ingens res est contēptus vitę. **H**anc q; cōtempserit securus videbit maria turbari. securus aspiciet horridā faciem fulminantis celi. **Q**uid ad me q; magna sint quibus pereo. ipsuz perire nō magnū est. **P**roinde si volumus esse felices nec hominum nec rerum timore versari. anima inexpedito habēda est. hęc **Seneca**. **D**e secundo scilicet de utilitate mortis est illud. **C**atonis paulo ante positum. **F**ac tibi pponas mortem non esse timendā z̄. **A**tem **Salustius** in cathilinario. **I**n luctu inquit atq; miserijs mors criminum requies est. nō cruciat. **P**orro cōtra mortē duplicit se preparare debet hō scilicet assuēscendo et viaticuz prouiden do. Assuēscendo inquā circa dno scilicet

tribulationibus perferēdis. et carnis voluptatibus remouendis. **D**e primo dicitur in proverbio: **V**ir moritur qui mori non didicit. id est. qui mortis minas que sunt tribulationes sustinere non nouit. **H**inc et **Seneca** ī agamēnone. **O**q; mi serum est nescire mori. **E**contra vero dicit idem **Lucilio**. j. **Q**ui mori inquit didicit non servire didicit. **I**taq; sup̄ omnem potentiaz est et extra omnē. **D**īgītatur ad illum carcer vel custodia vel claustrū valet. **L**iberū hostiū habet. **A**t vna est catena q; nos alligatos tenet. amor scz vite. hęc **Seneca**. **D**e secūda aut̄ scz de voluptatibus remouendis dicit **R**enatus vegetius in libro de re militari. j. **M**ortem minus metuit qui minus delitiam in vita nouit. **H**inc et **Cato** vbi supra. Non metuit mortem. qui scit contemnere vitā. **I**deo dicit **Tullius** in tūsculanario li. j. **T**ota phoz vita vt ait **Cato**. mortis est cōmentatio: **N**am qd aliud agimus cum a voluptatibus corporis et a reipublice negotijs animum se uocamus. maximeq; a corpore abducimus. secūq; esse cogimus. animum autē a corpore secernere nihil alind est q; mori discere. hoc ergo mihi crede cōmentemur. nosq; a corpore leuigam. id est mori consuelam. **P**orro de viatico prouidendo dicitur **Ecc. xxix**. **C**onclu de elemosynam in finu pauperis. q; ele mosyna viri quasi sacculus cum ipso z̄. **H**oc est quod dicit **Ambrosius**. q; sola misericordia comes est defunctoz. **V**n de dicitur **Tobie**. iij. **E**lemosyna ab oī peccato et a morte liberat et non patietur ire in tenebras animaz. **D**e malo gehenne dicit **Hiero** super **Pieremiam**. libro. iij. **M**elius est non esse q; in supplicijs viuere. **A**n scriptum est: **Q**uare data est misero lux vita his qui in amaritudine anime sunt: **Q**ui expectat mortem et non venit z̄. **C**ontra illud quoq; duplex est remedium. scilicet declinare a malo et facere bonum. **D**e pmo de **Ecc.** xxi. **Q**uasi a facie colubri fuge peccatum

# Filiorum regalium

**Q**uasi enī rūphea bis acuta omnis iniq̄tas. et plague illius non est sanitas. De se cundo dicit Ecc. ix. Qdīc̄ potest manus tua facere instāter operare. quia nec scientia nec sapientia erit apud inferos quo tu pperas. Et Math. iij. Benimina viperarum quis ostendit vobis fugere a uētura ira. facite ḡ fructū dignū p̄gnitētie. Et post. Omnis arbor q̄ nō facit fructū bonum excidetur et in ignē mittet. hec Iohes baptista. Idem quoq; dicit a domino ī eodē. qđ ibi exponēs Chrysostomus in omel. xxiiij. dicit: q̄ duo mala reprobis sunt p̄parata. videlicet securis et ignis. siue excidiū a regno et incēdium in inferno. Et certe inq̄t maior p̄gna est amissio regni celoꝝ q̄ cruciat ille flammaz. Intolerabilis quidē est geben na. sed tamen si mille ponat aliquis geben nas n̄ibil tale dicit quale est ab illi beate glorie p̄pelli honore. Faciliusq; est mil le fulmina sustinere q̄ vultū illū mansuetudinis ac pietatis plenū. nob̄ tñ aduersantē videre. illosq; toti trāquillitatē oculos nequaq; nos sustinentes aspiceret. hec Chrysostomus. Hinc et Greg. in omel. de decem virginibus. Qui inquit si sapere in cordis palato posset q̄s qđ admirationis habeat. Ecce sponsus venit. porro qđ dulcedinis. et que paratē erant intrauerunt cum eo ad nuptias. postremo quid amaritudinis. clausa est ianna. Deniq; bona futura debet sapiens puidere dupli ratione. videlicet ut ea sollicite cū oī studio ac desiderio querat ut in eorum cōparatione bona presentia despiciat. iuxta illud Greg. Bustato spiritu despīt omnis caro. i. carnalis voluptas. Propt̄ hec oīa dicit Ecc. xj. In die bonorū ne īmemor sis malorū. et ī die malorū ne immemor sis bonorum.

De pueris artuz custodia et absconde  
sione Cap XL II

**H**ec de eruditione filiorū  
iuxta illud verbū Ecclesiastici

superi⁹ positū: Filii tibi sunt erudi illos zc. Sequit⁹ de filiis eruditio. de qua ibidē subiūgit. Filii tibi sunt serua corpus illarum. et non ostendas bilarem faciem tuā ad illas. Serua inq̄z corpus illarum in ētate puellari q̄e prona est lasciviz. s. ut nō passim ad choreas vel spectacula vel coniinia euagentur. sed ī domo custodiantur ne vagātes cōcupiscāt iuxta illud Ecc. xlj. Filia patris abscondita est vigilia et sollicitudo eius auferet somnū. ne forte in adolescentia sua adultera efficiatur. et cū viro cōmorata odibil fiat. ne quādo polluatur in virginitate sua et in paternis suis grauida inueniat. ne cū viro cōmorata trāsgrediat⁹ aut certe sterilis efficiatur. s. p ipsi⁹ subtilitas. p̄curationē vel prolis suffocationē vel p̄nimiā concubitus frequentationē. Vñ Hiero ad Eustochiū. Videas inquit plerasq; viduas anteq; nuptas ī felicē conscientiā mētias tm̄ veste. p̄tegere q̄s nisi tumor vteri vel infāti vagitus p̄diderit. erecta cervice et ludētibus pedibus incedunt. Alię x̄o sterilitatē p̄gebent et necedum sati hominis homicidiū faciūt. Nonnulli cum se senserint concepisse de scelere abortina venena meditantur. et frequenter ipse cōmortuē triū criminum reg sic ad inferos perducūt. homicide sui. adultere christi. necedū nati filii patri. cide. hec Hiero. Ceterū ut dīc Ouidi⁹ in li. ep̄laz. Nulla reparabilis arte lēsa pudicitia est. Vñ et legitur in Amos. v. Cecidit non adjicet ut resurgat virgo israel. Et siqdē in paternis suis ut dictū est inueniat grauida. parentibus acq̄rit opprobrium et a viro meretur repudium sibi quoq; legem mortis iudicium. De p̄ dicitur Ecc. xxij. Filia prudens est hereditas viro suo. Nam que confundit in contumeliam fit genitoris. Et recte dicitur hereditas viro. id est. q̄si hereditas sibi data a domino. s. m illud Proverb. xix. Domus et diuitiae dant a parentibus. a domino aut̄ p̄prie vxor prudens Ideoq; diligat eā q̄si bonaz hereditatē

# De eruditione

ne dimitit eā nō p̄ mortē. Ecōtrario il  
la q̄ cōfūdit eū. s. faciēs eū erubescere p̄p̄  
amissū signaculū virginitatis i cōtumē.  
lia fit genitor. q. s. eā in domo p̄pria ma  
le ac negligenter erudituit et custodiuit.  
ideoq; vir eā aliquā nō sine cōtumelia ei  
remittit. Et h̄ē secundū. s. a viro repudiū  
**Vñ de vtricq; ibidē subiungit.** D̄rez et vi  
rum confudit audax. et ab vtricq; inho  
norabit. De tertio. s. morā indicio dicit  
**Deus. xxij.** Si a viro nō est i puella vir  
ginitas inuēta. extra fores dom⁹ p̄n̄s ej  
ciet. et lapidib⁹ obuet. q; fecit nefphas in  
isrl. ut fornicaret in domo p̄n̄s sui. et anfe  
res malū de medio tui. D̄cigit oīa de  
bet pater carnalis diligēter filię suę. q̄tū  
in ipso est p̄cauere. Vñ adhuc ibidem  
subiungit. Sup̄ filiā luxuriosā. i. ad luxu  
riam. ppter etatis feruorē pronā. cōfirma  
custodiā. ne q̄libet faciat te in opprobriū  
venire inimicis. et detractione i cūitate et  
obiectione plebis. et cōfūdat te in multi  
tudine p̄li. Ut. n. dicit **Hiero⁹ ad Sal**  
**uiniā.** Tenera res in feminis pudicitię fa  
ma. q̄si flos ad lēnē cito marcessit auram  
maxime vbi ad vitiū cōsentit etas. et ma  
ritalis deest auctoritas. cui vmbra tuta  
men vxoris est. Propt̄ h̄ē etiā inter alias  
causas. vt dicit Ambrosi⁹ sup̄ **Lucā li. ij.**  
desponsata fuit Joseph virgo Maria  
ne temeratę x̄ginitas v̄rere infamia. cui  
grauis alius corruptelę videret insigne  
p̄ferre. Maluit. n. dñs aliq; de ortu suo  
q̄ de m̄ris pudore dubitare. q; sciebat  
tenerā esse x̄ginis verecūdiā. et lubricam  
pudoris famā. nec putauit ortus sui fidē  
m̄ris iniurijs astruendā. nec voluit x̄gi  
nibus sinistra opinione viuētib⁹ velamē  
excusationis relinq. q; infamata q̄z vide  
retur m̄ter dñi. hec Ambrosi⁹. Ideoq;  
recte scriptura parētes sollicite filiā x̄gi  
nem custodire monet. ac cum disciplina  
nutrire. ne lascivie vel voluptati frena re  
laxet. vel aliq; occasione sibi atq; parēti  
bus causā infamie p̄stet. Hinc etiā dicit  
in eodē libro **Ecc. scilicet. xxij.** In filia  
nō auertēte se. s. a iuxtenā ac lenonū p̄or

tio firma custodiā ne abutat̄ se. s. fornicā  
do. Qā fornicatio ē p̄p̄j corporis abusus  
vel abusio. iuxta illud apli. i. Cor. vij.  
Qui fornicat̄ in corp⁹ suū peccat. Vel h̄ē  
etiā dicit̄ itez **Ecc. xxij.** Filia fatua. i. idī  
sciplinata et dissoluta. in deminoratione  
fiet. s. honor sui atq; parēti. Sup̄ h̄ē  
plum habet **Heb. xxxiiij.** de Diua q̄ vt  
videret mulieres regionis egressa ē. et hac  
occasiōe a Sichem filio Emor corrupta  
est. Talis ē mulier garrula et vaga q̄etis  
impatiēs nec valēs i domo p̄sistere pedi  
bus suis. s. nūc foris. nūc in plateis. nunc  
iuxta angulos insidiās. de q̄ legit̄ **Pro**  
verb. vij. Vñ et **Hiero⁹ ad Eustochiu⁹**  
Quedā inq̄t sūt q̄ p̄ publicū notabiliter  
incedūt. ac furtiū oculoz nutib⁹. adole  
scētū greges p̄ se trahūt. et quā pallētē  
ac tristē viderint miserā et manicheā ro  
cant. Ecōtra x̄go de x̄gine disciplinata  
et apocripha. i. abscondita habet exemplū i  
btā x̄gine Maria. de q̄ legit̄ **Esaie. vij.**  
Ecce x̄go p̄cipiet zc. vbi sicut dicit **Hie**  
ro⁹. p̄ x̄gine habetur in heb̄go alma.  
qđ grece d̄i apocripha et latine x̄go abs  
condita. videlicet q̄nūq; aspectibus viri  
patuerit. s. magna parēti diligētia custo  
dita sit. Vñ idē **Hiero⁹ in ep̄la ad Oce**  
anū. Mariā inq̄t angel⁹ in penetralib⁹  
solā nō cū agapeta. i. amasio loquētē in  
uenit. et illa virilem introitū formidauit  
vnde turbata ē in simone ei⁹. Tu ḡ q̄ for  
nax es malitie qđ a viro desideras frequē  
tiū salutari? s. **Hiero⁹.** Propt̄ h̄ē etiā  
x̄go btā p̄ p̄ceptū abiūt cū festinatione  
in mōtana. s. ne publicis aspectib⁹ se ex  
poneret. Vñ Ambrosi⁹ sup̄ **Lucā li. j.**  
Ingressus ē inq̄t ad eā angel⁹ q̄ solā. s.  
quā null⁹ adiret virox reperit i penetrali  
bus. hinc et turbata ē in simone illi⁹. Tre  
pidare nāq; x̄ginū ē. et ad oēs ingressus  
pauē viri. oēsq; virox affat̄ vereri. Di  
scant ḡ mulieres p̄positū pudorū imitari.  
disce x̄go x̄bor̄ vitare lasciā. Maria  
etiā verebat̄ angeli salutationē. et p̄ p̄cep  
tū abiūt cū festinatiōe i mōtana. q̄ ne  
scit tarda molimina sp̄issanci grā. Hic

# Filiorum regalium

etiam discite vos sc̄tē mulieres nō circūcur rere p̄ domos alienas. nō in plateis morari. nō aliquos in publico miscere homines. **Maria** siqdē i domo sera. i publico festina. Deniqz māsit apud **Eliabeth** trib̄ mēsib. nō q̄r̄ dom̄ eā aliena delectaret. s̄ q̄r̄ frequēter i publico videri disipliceret. hec **Ambro**. Aliud ē exēplū i **Sara** ḥgine q̄ i **Tobia**. iiij. legit̄ dixisse: Tu scis dñē q̄r̄ nūq̄ p̄cupiui virū r̄ mūdam seruauī aīam meā ab omni p̄cupiscētia. Nūq̄ cū ludētib⁹ miscui me. neq̄ cū bis q̄in lenitate ambulāt p̄cipē me p̄ebui. **Vincetiā** exēplū ponit **Hiero**. **Asella** z scribēs i ep̄la ad **Marcellā**. **Asella** inqt̄ n̄ra corp̄e sana r̄ sanior aīo. solitudinez velitias ponit. r̄ i v̄rbe turbida monachorum heremū iuenit. Propt̄ hec oīa dīc **Hiero** ad **Alethā** de institutione filie. Si sollicita es ac prudēs ne filia tua p̄cutiat a lingua vipere. cur nō eadē cura. p̄uideas ne p̄cutiat a malleo vniuers̄ terre? Neigit̄ cū **Dina** egredit̄. ut regiōis alienē mulieres videat. ne pedib⁹ ludat. ne tunicastrabat. nūq̄ absq̄ te in publicū p̄cedat. basilicas q̄z martȳz r̄ ecclias sine m̄re nō adeat. nec vllus ei iuuenis circinat̄ arrideat. Idē ad **Eustochiū** ḥginem. Karus inqt̄ i publitum sit egressus martyres tibi q̄rant̄ in cubiculo. Nūq̄ deerit cā p̄deūdi. si semp q̄n̄ necesse ē p̄cessura sis. Itē idē in ep̄la ad m̄rem r̄ filiam: Quid tibi ait necesse ē in ea domo versari vel manere in q̄ necesse quotidie habeas aut perire aut vincere. Securi⁹ est perire nō posse. q̄z iux̄ periculū nō peri re. Libidinosa mens ardēt̄ honesta pse quīt̄. r̄ qd̄ nō licet dulci⁹ suspicatur. hec **Hieronymus**.

**D**elitterali ⁊ morali earū iſtru ctione ⁊ primo de castitate.

Cap. XL III

**I**nferis aut̄ dū puelle nobiles p̄dicto modo parentū diligētia cōseruāt̄. cōgruū ē ut literis imbuat̄ r̄ morib⁹ iſtruant̄. Litteris

quidē eas imbuī cōuenit. vt huic bone ste occupatiōi frequētētē noxias cogitatiōes euitēt. r̄ carnis voluptates atq̄ vanitates declinet. **Vñ**. n. dicit **Johes Chrysostom⁹** sup **Math. li. ij.** Mulier in quiete sedēs iclusa facile i pct̄m carnis latit. maxieqz virtū h̄ ex vacatiōe r̄ ocio facile nascit̄. Ideo dīc **Hiero** ad **Alethā** de iſtitutiōe filie. Filia tua paula mundi cātica iſget̄. turpia nō intelligat. adhuc tenera līgūa psalmis dulcib⁹ ibuat̄. pcul sit etas lascīva pueror̄. fiant eilīg buxēs vel eburnēs. r̄ ludat i eis. vt etiā lud̄ ei⁹ eruditio sit. habeat r̄ i discedo socias q̄ libet iudeat q̄z landib⁹ mordet̄. Nec ē obiungāda si tardior sit. s̄ landib⁹ excitā dum i geniū ut r̄ vicisse se gaudeat r̄ vic tam se doleat. Deniqz p gēmis r̄ serico tua diuinios codices amet ḥgo. q̄b⁹ n̄ au ri aut pellis babylonie i māculata pictura. s̄ ad fidē placeat emēdata distinctio. hec **Hiero**. **Vincetiā** idē ad **Eustochiū** ḥginē. Crebr̄ inqt̄ lege q̄z plurima disce tenētēte codicēs omn̄ obrepat. r̄ cā dentē faciē pagina lācta suscipiat. Sup **Hetiā** **Marcellā** cōmēdat de scripturaz amore ac studio sup ep̄lam ad **Salath.** in plogo. Scio inqt̄ sc̄tē **Marcellē** ardo re r̄ fidē quā semp habeat flāmā i pectore sexū supare hoīs obliuisci a diuinorū voluminū tympano p̄crepāte rub̄z hui⁹ seculi pelaḡ trāffretare. Certe cū **Rome** essem nūq̄ tā festina me vidiut ut nō d̄scri pturis aliqd̄ interrogaret. s̄ **Hiero**. Ne aut̄ s̄b̄ repēte fastidio intr̄pat̄ vel abru pat̄ honesta r̄ utilis occupatio lectioni iūgēda sūt r̄ alia duo. s. oratio r̄ opatio **Vñ** de orōne iūgēda lectiōi dicit **Hiero** ad **Saluiniā** in ep̄la de morte. **Hebridij**. Semp i manib⁹ tuis dimīna sit lectio. r̄ tā crebre oīones ut oīs tēptationū sagitte q̄b⁹ adolescētia p̄cuti solet huius cemodi clypeo repellātur. De opatione q̄z dicit idē ad **Demetriadē** ḥginē. In desiderijs ut legim⁹ est oīs ociosus. Nec ideo tibi ab ope cessādū ē. q̄r̄ deo xp̄itio nulla re indiges. s̄ ideo cū oībus laborā dum ē ut p̄ occasionem opis nibil aliud

# De eruditione

cogites nisi qđ ad dei pertinet seruitutē  
z si omnem censem tuum in pauperes di-  
stribuas nihil apud christū erit p̄ciosus  
qđ manib⁹ tuis ipsa cū fecer⁹ vel in v̄s⁹  
pprios v̄l in exemplum virginū ceterar⁹.  
**I**dem quoq; dicit ad **Rusticum mona-**  
**chum.** q tam fēminis q viris est necel-  
sariū. aliqd operis facere ut semp te dia-  
bolus occupatū inueniat. **S**iquidem z  
egyptior⁹ monasteria tenent hunc morē  
ut nullū absq; opere z labore recipient.  
non tam ppter victus necessaria q ppter  
anime salutē. hec **Hiero⁹.** **S**ed z **Sue-**  
**tonius in li. iij. xij.** cesaribus dicit. q  
z **Augustus cesar filia⁹ z neptesita insti-**  
**tuit ut etiam lanificio assuefaceret ac lo-**  
**qui vel agere quicquā nīsi palaz z quod**  
**in diurnos vel diuturnos refertur con-**  
**mentarios retaret.** **P**ropter p̄di-  
cta tria in quibus cōsistit occupatio pu-  
ellarum honesta. dicit **Hiero⁹ ad Ale-**  
**tham de filia instituenda.** **M**ane inquit  
hymnos decantet. orationi vero lectio  
ac lectioni succedat oratio. **D**iscat z te-  
nere colum. rotare fusum. stamina pollie-  
ce ducere. **T**aliaq; paret vestimenta q̄b⁹  
frigus pellatur. non quib⁹ vestita corpora  
nudentur. **P**orro qđ dictum est supra  
de pueris. **I**dem quoq; agendum est in  
estate tenera de puellis. videlicet iſtruāt  
in morib⁹ z pluetudinib⁹ bonis. **Vñ**  
**Hiero⁹ vbi supra.** **C**ave inquit ne inepq;  
fēminarū blāditijs dimidiata fili⁹ ab  
discere p̄suecas. nec ī auro vel purpura  
ludere discat. q̄x altez lingue. altez mo-  
ribus officiat. **N**e in tenero qđ ei postea  
dedicēdū est discat. omnibusq; sit ama-  
bilis z vniuersa xp̄inquitas rosam ex se  
natam esse gaudeat. **P**recipue ho-  
ī qttuor eas instruere puenit z informa-  
re. scilicet in pudicitia sive castitate. z in  
humilitate. z in taciturnitate. z in morum  
sive gestūnū maturitate. **I**n castitate qm  
vt dicit **Cyprianus in li. de. xij.** seculi ab-  
usionibus. sicut omnes bonos mores p-  
curat z custodit in viris prudentia. sic et  
in fēminis cūctos actus honestos nutrit

z fouet atq; custodit pudicitia **Vñ O-**  
genes ī li. de singularitate clericor⁹. **Ca-**  
stitas īquit est munimē sanctimonie. ex-  
pugnatio infamie. firmitas lascivie aīe  
victoria. corporis p̄da. ybertas gloriū  
captiuitas criminum. abolitio scandalō-  
rum. pax virtutū. debellatio inquietan-  
tium bellorum. culmen puritatis. carcer  
libidinis. portus honestatis. vita spirit⁹  
carnis interitus. status qualitatis ange-  
lice. finis humane substātię. **U**er ergo ser-  
uetur in puellis diligēter pudicitia opor-  
tet ut eis caueant ab omnibus qnē pudi-  
citie sūt inimica. maxieq; a delectatione  
carnis supflua. z a societate mala. **A** de-  
lectatione inc̄ superflua ī cibo z potu z  
somno z balneo z ornatu. **N**am ut dicit  
**Hieronym⁹ contra Iouinianum libro**  
ij. **C**um ab his etiam procul remoti se-  
pe capiamur illecebris nature. z cogam  
ea quornm copiam non habemus cōcu-  
piscere. q̄t omagis si circumdati retibus  
voluptatū esse nos liberos arbitramur  
sensus noster aliqd cogitat qđ videt. au-  
dit. gustat. attractat. odoratur. frusta ḡ  
simulatura quibusdam salua fide ac pu-  
dicicia z mentis integritate. voluptatib⁹  
vti. cuz sit contra nataz copiq; volunta-  
tum sine voluptate perfrui. **U**nde apo-  
stolus **Q**ue in delitijs inquit est vivens  
mortua est. hec **Hiero⁹.** **S**ic enim dicit  
beatus **Bern⁹.** q castitas in delitijs pe-  
ridilitatur. **H**inc etiam dicit **Quidius in**  
**libro de arte. iij.** **L**uxuriant animi rebus  
plerumq; secūdis. **N**ec facile est equa cō  
moda mente pati. **I**dē in libro. i. **V**ens  
erit apta capi. tunc cum letissima rez est.  
**E**t seges ī pīgū luxuriabit humo. **P**ec-  
tora dum gaudent nec sunt atrita dolo-  
re. **I**psa patent. blanda tunc subit arte  
venus. **E**contra vero dicit idem in libro  
de pōto. **V**eneris damnosa libido. **N**ō  
solet ī mḡtos sepe venire thozos. **I**taq;  
de voluptate cibi z potus dicit idē **Hie-**  
**ro⁹ vbi s.** **E**sis carniū z pot⁹ vini atq;  
saturitas yētri. semiariū ē libidinis. **I**dē  
qđ scribit in ep̄la ad matrē z filiā. **I**nter

# Filiorum regalium

epulas difficile seruari pudicitia. Hic et Quidius in libro de remedijs. i. Una parant animos veneri. Idem quoque dicit Salomon Proverb. xx. Luxuriosa res est vinum. Econtra vero dicit Terentius in eunucho. Sine cerere et baccho friget venus. Propter hec exhortas ad abstinentiam scribit Hieronim ad Saluiniam Melius est stomachum quam mente te dolere. iperare corpori quam seruire. gressus quam pudicitiam vacillare. Idem quoque dicit ad Demetriadem virginem. De celesti rore ac ieiuniorum frigore calor puellaris extinguitur ex humano corpore angelorum conuersatio imperatur. Ideoque scribit ad Aletham de institutione filie. Sic comedat ut semper esuriat. et statim post cibum orare ac legere valeat. Ne tamen homini abstinentia modum excedat et debilitetur corpus viribus. ibidem subdit Hieronim. Nibi displicet in teneris etatis maxilonga et immoderata ieunia nam experimento didici asellum in via cum lapsus fuerit querere diuerticula. Hoc igitur in perpetuum ieunium preceptum sit ut itineris logioris vires perpetue suppetent. ne in prima mansione currendo in mediis corruntur. Hinc etiam idem dicit ad Demetriadem. Nequaquam immoderata imperam tibi ieunia et enormes ciborum abstinentia. quibus statim corpora franguntur desiccata et egrotare prius incipiunt quam sancte conuersationis iacere fundamenta. Sic ieunare debet non ut palpites et respirare vix possis et comitum tuarum vel porterioris manib[us] vel traharis. Ut fracto corporis appetitu nec in lectio[n]enec in psalmis nec in vigiliis solito quod minus facias. Porro de vitanda sonculositate dicit beatissimus Bernardus in epistola ad cartusienses. Suspecta res somni est et ex parte magna ebrietati similis est. Causa ergo ne somnus tuus sit non requies corporis lassi sed sepultura suffocati non reparatio sed extinctio spiritus tui. Hinc et Cato in libro de moribus. Plus vigila semper ne somno deditus esto. Nam

diurna quies vitijs alimeta ministrat. Propter hoc etiam dicit Hieronim ad Aletham. Filia tua nocte ad orationes surget. mane hymnos decatet. et orationes lectio succedat. Idem ad Eustochium. Ad orationem tibi nocte surgenti non dige gio ructu faciat sedinanitas. De coporibus aut balneatione ac lecti mollicie dicit idem Hieronim ad Saluiniam. Plus marum mollicies iuuenilia membra non foneat. et balnearum calor nouum adolescentie sanguinem non incendat. Idem ad Aletham. Nibi lauacra omnino displacent in adulta virginie que seipsa debet erubescere nudamque videre non posse. Si enim ieunij ac vigilijs corpus suum macerat. et in servitute redigitur. Cur eccentrico sopitum ignem suscitat balneorum fomentis?

## De vitanda ornatus superfluitate. Cap XLIIII

**O**nus consistit in vestium exquisitione et crinius compositione. et faciei depictione. et huiusmodi. De quibus dicit Iohannes in dialogo ad Basilium li. vi. Dulcitudo vultus et oculi depicti infecte maxilla et capitis ornatus et tintura crinum. ac vestes preciosae gemmarumque splendor et pigmentorum odor. et alia quae pertinent ad mundum muliebrem. gratia sunt ad perturbandum animum. nisi multo castitatis vigore concluserit. hec ille. Hinc de amatoribus seculi dicit p[ro]p[ter]e. Quorum scilicet abundant tabernacula et promptuaria eorum plena. filiae inquit eorum composite circumornatae ut similitudo templi. Et Quidius in libro de remedijs. i. Decipimur cultu gemis auroque teguntur Omnia. pars minima est ipsa puella sui. Itaque de curiosa vestis aptatione dicit Hieronymus ad matrem et filiam. Vestis ipsa tacantis animi est indicium. si rugam non habeat. si per terram ut altior videaris trahatur. si de

## De eruditione

Industria dissipata sic tunica ut aliquid intus appareat operiaq; qd sedū ē. et apriat quod formosum. capille fasciolis cōprimuntur et crispanti cingulo angusti pectus artatur. capilli vel in fronte vel in aures defluunt. palliolum interdū cadit ut cādidos nudet humeros. et quasi videri noluit celat festina qd volens detexerit. Et quando in publico quasi per verecundiam operit faciem lupanarum arte id solum ostendit qd ostēsum magi placere potest. hec Hiero<sup>9</sup>. Capillorū vero superflui ornati prohibit apostolus Petrus etiam mulieribus dicens: in. j. canonica. iii. Quarum sit non extresecus capillatura. aut circūdatio auri aue in dumēti vestimētoꝝ cultus. sed qz absconditus cordis est hō in incorruptibili tate qetū et modesti spūs qui est in pspctu dei locuplex. Capilloꝝ igit̄ infectio sine tinctio multomag reprobat factoz iudicio. Un Cyprianus in li. de disciplina. et habitu virginum. Epulemur inq; non in fermento malitiꝝ et nequitie. sed ī acymis sinceritatis et veritatis: Quid sinceritas perseverat et veritas qn. q sin cera sūt polluitur. coloz adulteriꝝ. medicaminum fucis in mendaciū vera mutantur. Dñstus dicit: Nō potes face re capillum vnum album aut nigrum. et tu ad vincendam dñi tui vocē vis te esse potiorem audaci conatu et sacrilego cōtemptu. crines tuos malo presagio futu rorum inficis. iamq; capillos tibi flane os auspicaris. hec Cyprianus. Prop̄ hoc etiam dicit Hiero<sup>9</sup> ad Aetham. Lave ne filię tūc capillum inficeris et aliquid ei de gehennę ignibus auspicaris. Defaciei quoq; depictioe dicit Hiero<sup>9</sup> in li. de viduitate seruāda. Quid facit ī facie christiane purpurissus et cerusa. quorum alterum ruborem genarū labiorūq; mentitur. alterum candorem oris et collis. Ignis est inueniū. fomenta libidinū. impudice mentis indicium. Quomodo fle re potest pro peccatis suis que cutem nu dat lachrymis. et sulcos in faciem ducit.

Ornatus iste non dñi est. sed velamē antichristi. Qua fiducia vultus ad celum erigit quos conditor non agnoscit. hec Hiero<sup>9</sup>. Hinc et Cyprianus ubi supra. Non solum virgines ac viduas sed etiā nuptias et omnes feminas puto admonē das ut opus dei et plasma nullaten⁹ ad ulcerent adhibito flavo colore vel nito re pulueris vel rubore. aut quolibet medicamine liniamēta nativa corrumpe. Dicit deus. faciamus hominem ad im aginem et similitudinem nostram: Et au det quisq; mutare et convertere qd deus fecit. Manus deo inferunt quādo id qd ille formauit. reformare et trāfigurare cō tendūt. nescientes quia opus dei ē oē qd nascitur. diaboli qdcūq; imitat. Siq; pingendi artifex vultum alicuius et speciem ac corporis qualitatem emulo colore signasset. et signato iam ac consummato simulacro manus aliis afferret. iāq; formata iā picta quasi peritior reformaret: grauis prioris artificis iniuria et multa in dignatio videref. et tu te existimas impune laturam. tam improbe temeritatis audaciam. et artificis offensam. hec Cy prianus. Itē Ambro<sup>9</sup> in Hexamerō. li. vi. Deles picturaz dei o mulier si vultū tuum materiali cādore oblinias. si acqsi to rubore perfundas. illa pictura vitū est nō decoris. fraudis nō simplicitatis. tē poralis est. et aut plunia aut iudore tergitur. illa pictura fallit et decipit. ut nec illi placeas cui placere desideras. qui intelli git non tuum sed alienum esse quo place as. et tuo auctori displiceas qui in te videt opus suum esse deleum. Nam si supra artificem aliquem inducas alterū q opus illi nouis operib; obducatur. nōne indignabitur ille qui opus suum adulteratum esse cognoverit. Noli ergo tolle re picturam dei et picturam meretricis as sumere. qd est opus dei adulterare. Graue igit̄ crimē est ut putas qd meli<sup>9</sup> te hō qz de<sup>9</sup> pigat. que ē ut ipse de<sup>9</sup> te dicat: Nō aḡco colores meos. imaginez meā. vultū meū que ipse formavi. reiūcio g qd

# Filiorum regalium

Cxxv

meum non est. illum quere qui te piaxit.  
hec Ambrosi<sup>2</sup>. Et reuera q<sup>2</sup> de cōsuetu-  
dine solēt̄ b̄ facere meretrices eo ipso de-  
bent ea ppter deformet̄ et stimoniū omni-  
no refugere et execrari pueras nobiles ac  
sac̄te mulieres. **Vñ** Ennodius. his qui  
non verent̄ talia facere sic loquitur tāq̄  
ironice et irrisorie. Lingite cadētes roseo  
de murice vult<sup>2</sup>. Atq̄ fidē morum pādi-  
te de facie. **N**iquidem ex his omnib<sup>2</sup> do-  
ctorum sanctor<sup>2</sup> verbis patet. q<sup>2</sup> p talia  
violatur in mulierib<sup>2</sup> christianis ac preci-  
pue virginib<sup>2</sup> sinceritas castitatis. **Vñ**  
**Cyprianus** vbi supra. Si tu te sumptu-  
osius comas. et p publicū notabiliter ice-  
das. oculos in te inuētutis illicias. suspi-  
tia adolescentiū post te trahas. peccādi-  
fomenta succēdas. ut et si ipsa nō pereas  
in alios perdas. et velut gladiū te ac vene-  
num prebeas ludentib<sup>2</sup>. excusari non po-  
tes quasi mente casta sis et pudica: **R**e-  
varguit te cultus improbus et impudic<sup>2</sup>  
omatus. hec Cyprianus. Deniqz virgi-  
nibus deo consecratis oīno districti<sup>2</sup> ta-  
lia phibēt̄. nec illis mortale peccatū esse  
dubitat. **Vñ** ibidez a beato Cypriano  
subiungit. Nec cōputari iam potes inter  
puellas virgines christi. q<sup>2</sup> sic viuis vt  
possis adamari. Sericū et purpurā idu-  
te christū induere non possunt. auro et  
margaritis et monilib<sup>2</sup> ornatae. orna-  
menta corporis et pectoris perdiderunt.  
et fugiat qd̄ alijs fuerit exitio. **Q**uis id  
apetat et assumat qd̄ ad necē alteri<sup>2</sup> fue-  
rit pro gladio? Certe virgines q<sup>2</sup> se hmoī  
artibus cōpserint inter virgines nō pu-  
to debere numerari. sed tāq̄ oues cōta-  
ctas et morbidas ne cōtagio suo ceteras  
polluat a grege sancto et puro virginita-  
tis arceri. hec Cyprian<sup>2</sup>. **H**ic et Hiero<sup>2</sup>  
ad Demetriadē virginē. Quando inq̄t̄  
in seculo eras que seculi erant diligebas.  
videlicet facie pollire et depingere. ornare  
crinem. et alienis capillis turritam struere  
verticem: Nunc aut̄ quia seculum reli-  
quisti. secundo post baptismū diabolo et  
pompis eius renunciasti. Ecce innuitur

ex verbis Hieronymi. q<sup>2</sup> huiusmodi cō-  
positio crinum et facies pertinet ad pom-  
pas diaboli. **D**ropter hos etiā scribit  
**A**lethē de institutione fili<sup>2</sup>. **C**aue inq̄t̄  
ne cerusa et purpuriso ora christo psecre-  
ta depingas. nec collum auro et margari-  
tis premas. nec caput gēmis oneres. nec  
capillū ceruses. **P**retextata nobilissima  
quondam femina nubente viro Heine-  
cio qui patruis Eustachie virginis fuit  
habitum eius cultumq̄ mutauit. et negle-  
ctum crinem mūdano more tricauit. vin-  
cere cupiens et virginis proposituz. et ma-  
tris desiderium. **E**adem nocte vidit an-  
gelum dei in somnis terribili facie sibi mi-  
nitantem et dicentem: Tu quia es impe-  
riū viri christo preferre. et virginis dei ca-  
put tuis sacrilegis manibus attrectare.  
**Q**ue iam nunc arescēt ut sentias excri-  
ciata quid feceris. et finito mense quinto  
ad inferna ducaris. **S**in autē in scelere  
perseueraueris et marito simul orbaberis  
et filijs. **O**mnia per ordinem expleta sunt  
et seram misere penitentiam velox signa-  
vit interitus. **H**ic vlciscit̄ christus in vio-  
latoribus templi sui. sic gemmas et precio-  
sissima ornamēta defendit. hec Hiero<sup>2</sup>.  
Deniqz sicut iam ostensum est superius  
in. iij. operis hui<sup>2</sup> li. ca. de honestate cul-  
tus: Non solum vitanda est honestis p-  
sonis faciei depictio vel crinum compo-  
sitio. sed nec etiam appetēda est natura-  
lis faciei vel corporis pulcritudo: videli-  
cet quia vana est et caduca et etiam ut in  
pluribus nocua. **S**uggerit enim haben-  
ti superbiam et vanam gloriam et impu-  
dicitiam et etiam stultitiam. iuxta illud  
**P**etronij. Raram facit mixturam cum  
sapiētia forma. **Vñ** et recte satuitas pul-  
critudini adiungitnr Proverb. xij. vbi  
dicitur: Circulus aureus in naribus suis  
mulier pultra et fatua. **I**bicq̄ dicit glosa.  
**S**icut si naribus suis circulum aureum  
infixeris. luto senibilis omnis immergebit.  
**S**ic et meretrix pulcritudinē vultus et  
habitus sceno voluptatis iquinat et pos-  
luit. Nec enim solum nocet ut dictum

## De eruditione

est ipsi habenti sed etiam insipienti dū  
eum ad impudicitiam allicit. iuxta illud  
**S**ecundi ph. Dulcitudo est carnalis  
felicitas. humana concupiscentia. **H**ac  
de causa se ostendunt meretrices ad in-  
cū. iuxta illud **L**ibullij. **S**it procul a nob̄  
forma cui vendere cura est. **E**t preciū ple-  
na grande referre manu. **A**lię vero etiā  
quę sibi videntur caste hoc faciunt. ppter  
inanem gloriam. bñ illud **Q**uidij supe-  
rins possum. **D**electat etiā castas pre-  
cōnia formę. **V**erū etiā in hoc sibi plusq;̄  
alij noceat. quia mortaliter peccat. etiā  
si alios non allicit. **V**n super illo ver-  
bo **M**ath. v. **Q**ui viderit mulierem ad  
concupiscendum eam. iam m̄chatus est  
in corde suo. dicit **C**hrysostom⁹. **M**uli-  
er si se decorauerit et oculos hominū ad  
se vocauerit. etiam si piagam non intule-  
rit extremam vindictam dabit. venenū  
enim intulit et si nullus qui bibat inuen-  
tus sit. hec **C**hryso⁹. **H**inc et **A**ugustin⁹  
in regula sua. **N**on solum appetere. sed  
etiam appeti velle criminosum est. **C**eter-  
rum etiam si nec appetat vel appeti cupi-  
at. sed indiscrete tantū et inordinate pul-  
critudinez ostēdat. laqueum alij iniici-  
endo mortaliter peccat. bñ illud **E**cd.  
xxvij. **Q**ui laqueum alij ponit in illo pe-  
ribit. et qui fodit foneam incidet in eam.  
**V**n et dicitur **E**xodi. xxj. **S**iquis ape-  
ruerit cisternam et foderit. et nō operuerit  
eam. cecideritq;̄ bos vel asinus ī eā. **d**o-  
minus cisternę reddet precium iumento-  
rum. qđ autem mortuum est ipsius erit.  
**C**isterna enim aperta et non operta est  
viri vel mulieris species ornatu meretri-  
cio ad capiendas animas preparata: sc̄z  
extento collo. crinibus sparsis vel com-  
positis. facie murice lota. **A**nde dicitur  
**P**ronerb. xxij. **F**onea profusa os alien-  
ne. cui iratus est domin⁹. incidet in eam.  
**E**t in eodē libro. xxij. **F**onea profunda  
est meretrix et puteus angustus aliena.  
**I**n hanc bos vel asinus cadit cū quilibet  
iustus vel iniustus siue sapiens vel stult⁹  
ei⁹ specie capitur. sicut **H**olofernes sta-

tim captus est in oenis **J**udith. ut legit  
in **J**udith. x. **T**unc dominus cisternę te-  
netur precium reddere. et mortuū sibi re-  
tinere. quia mors anime illius ei imputa-  
tur. et anima sua pro illi dāno p̄cne eter-  
nę obligatur. **D**e hoc etiam **A**mbrosi⁹  
in libro de elemosyna et ieiunio. **A**posto-  
lus inq̄t iubet mulieres in ecclesia quoq;̄  
tacere. et domi viros suos interrogare. **I**l-  
le vero in plateis inuercundos etiam si-  
ne viris sub conspectu adolescentiolorum  
intemperantium choros ducunt. iactan-  
tes comas. trabentes tunicas. plauden-  
tes manibus. saltantes pedibus. vocib⁹  
personantes. irritantes in se inuenum li-  
bidines motu histrionicō. petulati ocu-  
lo. decoroso ludibrio: **S**pectat corona  
adolescentium et fit miserabile theatrum  
inter saltantium ruinas et lapsus specta-  
tum: **C**elum impuro aspectu contami-  
natur et terra turpi saltatione polluitur.  
que pro obscenis saltatibus verberatur.  
hec **A**mbro⁹. **I**deo de talibus dicitur  
**P**ronerb. v. **L**onge fac ab ea viam tuā.  
**E**st enim ut dictum est declinanda tāq;̄  
fouea profunda. **V**n hanc etiam apo-  
stolus operiri iubet. j. **C**or. xiiij. **S**i non  
velatur inquit mulier tondatur. **E**t post  
**M**ulier debet hīe sup caput suū velamē  
propter angelos. id est. clericos vel spiri-  
tuales viros ne cadat per eam. **S**ic enī  
pulcritudinem suam in animarum stra-  
gem ostentare. hoc est. proximos scāda-  
licare. id est. obicem eis ad ruinam pone-  
re. **U**nde dicitur **E**cd. ix. **V**irginem ne  
conspicias. ne forte scandaliceris in deco-  
re illius. **H**is etiā consonat illud superi-  
us possum iuxta **C**yprianum. ad illam  
que adolescentibus peccandi fomenta  
succedit. ac velut gladium et venenum  
se videntibus exponit: **Q**uis inquit nō  
id execret ac fugiat qđ alij fuit exitio?  
**Q**uis id appetat et assumat qđ ad necē  
alterius fuerit pro gladio? **D**eniq;̄ sicut  
dicit **Aug** in speculo vel regula clericorum.  
**N**on solū appetere sed etiam velle  
appeti criminosum est.

# Filiorum regalium

Depudicitie societatis et famulat electione. Cap XLV.

**H**ec de supfluitatibus cuitatis  
bis i his q̄ptinēt ad voluptatē  
carnis q̄ insidiatrix est castitatis.  
Porro de mala et ipudica societate sci-  
endū q̄ i pueri ac puerell̄ castitatis bonū le-  
dit v̄l dānificat dupl̄. s. exēplo. ac sug-  
gestiōe. Ideo scribit Hiero ad Alethā  
de institutiōe filiē. Trade iqt ei comitē sci-  
taq̄. cui? bmo et icessus et habitus doctrina  
x̄tutū sit. nūq̄ absq; tei publicū. pcedat  
null? ei iuuenis cincinat? arrideat. Nolo  
etiam q̄ de ancillis suis aliquā plus di-  
ligat cui? crebro auribus insusurret. Sz  
quicquid vni loquetur hoc sciāt omnes  
Placeat ei comes nequaq; cōpta atq; formosa que liqdo gutture carmē dulce  
moduletur. sed grauis pallēs substristis.  
Idem quoq; describit ad Demetriadē  
virginem hoc modo dicens: Graues fe-  
minē maximeq; x̄gines ac viduę tibi co-  
mites elegantur. quarum cōuersatio sit  
pbata. sermo moderat?. verecūdia san-  
cta. Fuge autem lasciuiam puellarum q̄  
orant capita. crines a fronte demittunt  
cutem polluent. astrictas habent mani-  
cas. vestimenta siue ruga. soccosq; crispā-  
tes. ut sub nomine virginali vendibili?  
apparent. Mores siquidem et studia do-  
minarum plerūq; indicantur ex moribus  
ancillarum et comitū. Illa ergo tibi pul-  
tra sit et amabilis. illa tibi socia que pul-  
tram se esse nescit. que formę bonum ne-  
gligit. et procedens ad publicū. nequaq;  
pectus et colla denudat. nec pallio rene-  
lato ceruices aperit. sed faciē celat. et vix  
oculo uno qui vię cū necessarius est patē-  
te iedit. Porro cincinnaculos pueros  
et calamistratos ac peregrini muris olen-  
tes pelliculas quasi pestes ac venena pu-  
dicite deuita. Idē etiā ad Galuiniam.  
Quid facis inquit inter ministrorū gre-  
ges quos volo non ut famulos contem-  
nas. sed ut viros erubescas: certe si am-  
bitiosē domus hec officia flagitant p̄fici-

ciat his senex honestis morib⁹. cuius ho-  
nor domine dignitas sit. Qcio multas  
clausis ad publicum foribus non caruiss.  
se infamia puerorum quos suspectos fa-  
ciebat vel cultus impudic⁹ vel crassi cor-  
poris nitor vel etas apta libidini. vel ex  
conscientia amoris occulti secutus animi  
tumor qui etiam bene dissimulat? frequē-  
ter in publicuz erumpit. et consenos q̄si  
seruos despicit. Omni ergo custodia ser-  
ua cor tuum. et cane quicquid de te singi  
potest. Nō ambulet iuxta te calamistra-  
tus procurator. nō histrio fractus in femi-  
nā. n̄ cātoris diaboli venenata dulcedo  
nō iuuenis voluptuosus et nitid⁹. Nihil  
artii scenicoꝝ. nihil tibi i obsequijs mol-  
le iungatur. Habeto tui sexus solatia. i.  
viduarum et virginuz choros. Idem in  
epistola ad matrem et filiam. Inter lasciu-  
ias puellas et comatos iuuenes puella  
gradieris. dabit tibi barbatulus quilib⁹  
manū pressisq; digitis aut temptabitur  
aut temptabit. Inter viros et matronas  
erit tibi conuinuum. aliena oscula specta-  
bis. In alijs q̄q; sericas auratasq; ve-  
stes miraberis. Inter hęc aliquis conui-  
uancium vel assistentium quoniā alienas  
viores non videbit. tecq; custodem non  
habes sepius respectabit. loquetur miti-  
bus. et quicquid metuit dicere significa-  
bit aspectibus. Inter has et tantas illece-  
bras voluptatum. etiam ferreas mentes  
libido domat. que maiores in virginib⁹  
patitur famem dum dulci? putat esse qđ  
nescit. vidimus aliquem ossibus vix he-  
rentez illicitis arsisse amoribus et ante vi-  
ta caruisse q̄ peste. Quid tu facies pu-  
ella sani corporis delicata. pinguis. ru-  
bens. estuans inter carnes et vina et bal-  
nea. iuxta maritos. iuxta adolescentes.  
Que etiā rogata non feceris. tamen de-  
forme putas testimonii si cogeris. Hęc  
Hiero. De hoc etiam idem scribit ad  
Eustochium. Nolo inquit te ad do-  
mos matronarum nobilium frequenter  
accedere. nec illaruz tantummodo te cupio  
vitare cōgressus que maritoꝝ inflantur

# De eruditione

bonorum. quas eunuchorum greges sepiunt  
sed etiam eas quas viduas necessitas fecit  
quarum domus plena coniunctus. plena adu-  
latoribus. quas rubetibus buccis farfa  
distendit. ut eas putes maritos non ami-  
sisse. sed querere. hec Hiero. Et de hu-  
iusmodi etiam viduis loquitur apostolus. I. Thia-  
moth. v. Adolescentiores inquit viduas  
deuita. Cum enim luxuriatuerint in chri-  
sto nubere nolunt. habentes damnationem.  
scilicet apud deum repositam. quia prima fi-  
dem. scilicet votum pus emitti. vel fidem quam pro-  
fesse sunt in baptismo diabolo et pompis  
eius abrenunciando irrita fecerunt. scilicet votum  
continentie frangendo. et sic iterum diabolo  
se emancipando. simul autem inquit et ociose  
discunt currere domos. non solu ociose. sed  
etiam vmbrose et curiose loquentes que non  
oportet. scilicet turpia quilibet et impudica.  
An et Hiero in epista supradicta dicit  
de talibus. Illas quoque viduas sumigeru-  
las quasi pestes abiitque que ociose et curio-  
se circueunt domum matronarum. Nulla his  
nisi ventris cura est. vinose atque lascivae  
quodius mali insinuantur. et ferreas quoque  
mentes ad delicias emolliuntur. Huiusmo-  
di namque sunt vetule turpis amoris media-  
trices atque conciliatrices. quibus recte agnoscit  
quod dicit Job. iiiij. Posuerunt inquit pu-  
erum in pustulo et puellam vendiderunt  
per vino ut biberet. Talius lingue sunt ve-  
nenosae ac mortiferae sicut est lingua vipe-  
re. de qua dicit Job. xx. Caput aspidum  
suget. et occidet eum lingua vipe. Cumque  
nigre sint ac rugosae in modum follis (rene-  
ra sunt folles diaboli) flatu male sugge-  
stionis corda iuueniuntur atque iuuenularum  
igne libidinis accedentes. iuxta illud Esa.  
liiij. Ecce ego creavi fabrum sufflantem in  
igne prunas et perferente vas in opus suum.  
et interfectorem ad perdendum. Unde de ipso  
diabolo dicit Job. xlj. Malitus ei pru-  
nas ardere facit. et flama de ore eius egredie-  
tur. De ipsis quoque luxuriosis flatu fol-  
lium eius accensis. dicit Osee. vii. Des  
adulterates quasi clibanus succensus a  
coquente. Et post. Applicuerunt quasi cli-

banum cor suum cum insidiaret eis. et tota no-  
cte dormiuit coquens eos. Sunt ergo huius  
modi vetule incendiarie et ideo excoicante  
que sunt incendiarie temporum dei. et animarum  
iuxta illud. Cor. iiij. Templum enim dei  
sanctum est. quod estis vos. Hisque autem temporum  
violauerit dei disperdet illum deus. Ipso  
namque iure excoicati sunt ecclesiastix incen-  
diarii et etiam sacrilegio et morti obnoxii.  
Sunt etiam incendiarie per dolum. quia portat  
ignem absconditum dum per dulces sermones  
ac benedictiones. et adulaciones seducunt  
corda innocentium. sicut de quibusdam di-  
citur Ro. vlti. Unde sunt lamiae inferna-  
les. de quibus dicit Thren. iiiij. Lamiae nu-  
danerunt mammas lactauerunt catulos suos etc. Lactatio non est adulatio. de qua  
dicit Proverb. j. Fili site lactauerint  
peccatores non acquiescas eis. Tales non  
sunt predicatrices diaboli. Cumque christus in  
cruce unicam animam. scilicet latronis acquisie-  
rit. unica talis vetula multas alias iniqua-  
suatione perdit. Unde recte computatur basi-  
lisco. qui sibilus dicitur secundum Sidorum. quoniam  
sibilo occidit antequam mordeat vel exurat.  
Hec de castitate in quod puelle precipue cu-  
stodiri debent et erudiri.

**D**e humilitate puellarum et ta-  
citurnitate atque maturitate.

Cap XLVI

**D**ec minus humilitas est  
in rebus necessaria. presertim quantum  
ad salutem. quam et in beata virgi-  
ne Maria respectu dominus humilitatem  
potius quam virginitatem. An Canticorum. ij.  
dicitur in persona ipsius sic exponit bea-  
tus Bern. Cum esset inquit rex in accubi-  
tu suo nardus mea dedit odorem suum  
Nardus siquidem herba humilis est et  
pectus purgat. unde manifeste humilita-  
tem designat cuius odor et decor inuenit  
gratiam apud deum. hec Bern. Hinc  
etiam idem dicit super missus est omelia  
j. Si humilis virgo Maria non fuisset  
super eam spissatus neque requiesceret

# Filiorum regalium

quia scriptū est: **H**ug quē requiescit sp̄ritus mens nisi super humilē et quietum. **D**orro si non sup eā requieuiisset utiqz nec eā impregnasset. **Q**uomodo de ipso p̄cipet sine ipso: pulcra vero x̄ginitatē et humilitatis permixtio. nec illa mediocriter anima placet deo. in qua et humili-  
tas virginitatem cōmendat. et virginitas humiliatatem exornat. **I**taqz laudabilis quidem virtus est virginitas. sed necessaria magis humilitas. illa suadet. ista p̄cipit. **D**e illa dicit: **Q**ui potest capere capiat. **D**e ista dicit. **N**isi quis efficitur sic parvulus iste. nō intrabit in regnū celoz. **I**lla ergo remunerat. ista exigit sine qua nemo saluatur. **D**eniqz placere p̄t humiliatis quē virginitatē amissaz deflet. si-  
ne humiliatate aut audeo dicere nec **P**a-  
nie virginitas placuisse. ergo si nō potes virginitatem. humiliis imitare humili-  
tam virginis. hec **Ber**n. **I**dē **Ambrosi**? super **Luc**ā li. q. **E**cce inquit ancilla dñi vide humiliatē. vide deuotionez. ancil-  
lam domini se dicit que mater eligit. nec promissio repētino extollit. **E**t post: **D**i-  
dicistis ait o virgines Marie pudorem discite et humiliatē. **J**unior ad seniorē  
**M**aria scilicet ad **E**licabeth venit et pri-  
or illam salutavit. **D**ecet enim ut virgo q̄to ē castio et tāto sit humilior. hec **A**m-  
brosi? **P**ropter hoc etiā **Aug**? in li. de  
virginitate. sic hortat virgines ad humili-  
tatem dicens: **H**oc agite virgines dei  
hoc agite. pergit via sublimitatis pe-  
de humiliatis. et sequimini agnum quo-  
cumqz ierit. **I**pse enim exaltat humiliter  
sequentes. quē descendere nō piguit ad  
iacentes. **D**ona eius illi seruanda com-  
mittite fortitudinem vestram ad illū cu-  
stodite. **Q**uicquid mali ipso custodiēte  
non cōmittitis. tanqz remissū ab illo de-  
putate. ne modicum vobis existimantes  
dimissum. modicum diligatis et tunden-  
tes pectora publicanos ruinosa iactātia  
contēnatis. **D**e viribus vestris expertis  
caute. ne quia aliquid ferre potuistis in-  
flemini. **D**e inexpertis autē orate. ne su-

praqz ferre potestis temptemini. **E**xisti-  
mate aliquos in occulto superiores q̄b̄  
estis in manifesto meliores. perseverātes  
in numero vestro. p̄geant vobis exem-  
plum cadentes. augeant timorem vestrum  
hec **Aug**? **S**ed et taciturnitas virgines  
decet. p̄cipue iuxta illud **Ambrosi** in  
libro. iiij. de x̄ginitate. **M**alo inquit ser-  
monē virginī deesse q̄ superesse. **N**am si  
mulieres etiam de rebus dñinis iubent  
in ecclesia tacere. domi viros suos inter-  
rogare. de virginibus quid captuz putau-  
mus. in quibus pudor. ornat etatez. ta-  
citurnitas cōmendat pudorem. hec **A**m-  
brosius. **D**e hoc dictū est pleniū in li.  
iiij. superius. **D**eniqz maturitatis etiam  
sive gravitatis honestas plurimū decet  
nobiles puellas. ut videlicet in vultu ac  
gestu et habitu corporis earum appareat  
animi reverentia et verecundia modestia.  
**U**n **Aug**? ad virgines vbi supra. **N**on  
sit ait vobis improbus vultus. non ocu-  
li vagi. non infrenis lingua. non pecula-  
ris risus. non scurrilis iocus. non indecēs  
habitus. non tumidus aut fluxus incel-  
sus. **H**ec etenim addita x̄ginitati ange-  
licam vitam hominibz et celi mores exhibe-  
tent terris. **S**i nuptias contēpsistis fi-  
liorum hominuz. toto corde amate spe-  
ciosum forma p̄filijs hominuz. qui nō  
querit a vobis pulcram carnem. sed pul-  
cros mores quibus frenatis et carnē. hec  
**Aug**? **C**ūqz maturitas puellis seruāda-  
sit in omni gestu. p̄cipue tamen in aspe-  
ctu in quo p̄cipue apparet pudicitia. et  
ecōtrario similiter ipudicitia. iuxta illud  
**Ecc**. xxvi. **F**ornicatio mulieris in extol-  
lentia oculoz. et palpebris illius agno-  
scetur. **E**xtollentia siquidem oculoz est  
signum impudentie. iuxta illud **H**iere-  
mie. iiij. **F**rons mulieris meretricis facta  
est tibi. nolnisti erubescere. **E**cōtra vero  
dicitur in **Ecc**. vbi supra. **G**ratia super  
gratiaz mulier sancta et pudorata. q̄scz  
habet oculum simplicem. **N**am econ-  
trario in palpebris illius quibus sc̄fiūt  
luxuriosi nū agnoscit impradic' animo

M

## De eruditione

Vixta illa qd de qbusdā dicit.ij. **P**etri.ij. **O**culos inquit hñtes plenos adulterij et incessabilis delicti. **H**ic et Aug<sup>o</sup> in regula clericoz. **I**mpudic<sup>o</sup> inq̄t oculus impudici cordis est nūci<sup>o</sup>. **P**rop̄ hñtiā ibidē **E**cc. paulo post patri vel mri defilia dī: Ab omni irreuerētia oculorū suis caue. ac si dicat: **C**aue ne oculos habeat irreuerētes. i. excelsos vel vagos. vel nutibus luxuriātes. **S**up hñm et alijs gestibus in ordinat<sup>o</sup> reprobēdit dñs mulieres ac puellas iudeoz et cōminat eis dicens: **E**laie.ij. **P**ro eo qd eleuare sunt filiez sion. et ambulauerunt extēto collo et nutibz oculo<sup>z</sup> ibāt et plaudebant. et pedibz suis cōposito gradu incedebant. decaluabit dñs hñticē filiaz sion. et dñs crinē eaꝝ nudabit. et erit p suani odore fetor. et p co na funiculus. et pro crispanti crine calviciū. et p fascia pectorali cilicium. **A**bi etiā dicit **H**iero<sup>o</sup>. Ut amur et hñ testimonio aduersus ecclesię fgm̄inas q ambulat extento collo et nutibz oculo<sup>z</sup> loquunt. et tā manibus plaudat q̄ pedibz. et ut cōposito gradu incedat nō naturā sequunt du cem. sed histriorum morē. hec **H**iero<sup>o</sup>. **H**inc et de oculo<sup>z</sup> oppressionē in feminā pudica et honesta in libro declamationū ij. dicit **S**eneca. Efferat oculos iacētes in terrā. et aduersus officiosū salutatorē inhūmana poti<sup>o</sup> q̄ inuerecāda sit. lōge ante pudicitiam suā ore q̄ verbo neget. Nemo fortiter negatē rogauit iter. hec ille. **D**e verecūdia vultus et oculo<sup>z</sup> habē tur exēplū in **R**ebecca. **S**en. xxv. Quę cōspecto **I**saac tollēs palliū cito operuit se dōcēs. ut dicit Ambrosi<sup>o</sup> ili. de sancto **A**braam. debere nuptijs verecūdiā prēire. **H**inc enī et nuptijs dicū eo q̄ pudoris gratia puelle obnuberet. **D**iscite ergo inq̄t o **V**gines quēadmodū verecū diā cōseruetis. nec ante extraneos īecto capite pdeatis. cū **R**ebecca. licet iaz te sposata fuerit. maritum tñ operto capite vicedū putauerit. hec Ambrosi<sup>o</sup>. **D**orro de vniuersa morum ac gestū puelle nū honestate et maturitate. ponit exem-

